+QK
332.5
.P37

581.945.8
P24

PRO SCIENTIA POPULIQUE SALUTE

LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN

PURCHASED 1923 FROM
GENEVA BOTANICAL GARDEN

Septemb 1899 R. W. Gibson Inv

# FLORA
# PANORMITANA

AUCTORE

PHILIPPO PARLATORE

Vol. I. — Fasc. I.

DUPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENÈVE
VENDU EN 1922

Livres donnés en 1912 à la Bibliothèque du Conservatoire botanique de Genève par M. William Barbey.

BIBLIOTHÈQUE
DE VALLEYRES

31 D

# FLORA

# PANORMITANA

SIVE

# PLANTARUM

## PROPE PANORMUM SPONTE NASCENTIUM

ENUMERATIO

AUCTORE

**PHILIPPO PARLATORE**

MED. DOCT. ET PLUR. ACAD. SODALE

Vol. I.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

PANORMI

EX TYPOGRAPHEO PETRI PENSANTE

M.DCCC.XXXIX

. P37

VIRO . PRAECLARISSIMO

ROMUALDO . TRIGONA . PRINCIPI . S. ELIAE

SCIENTIARUM . LITERARUMQUE . CULTORI

FLOREA . GERMINA.

QUIBUS . DEPINGITUR . UNDIQUE

PANORMITANA . FOECUNDA . TELLUS

SERIE . CONGESTA . ATQUE . CONSCRIPTA

PATRIUM . OPUS

PHILIPPUS . PARLATORE

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

# PRAEFATIO.

Nullam in Europa politiore praeclaram urbem sua flora carere, seu libro qui plantas per regionis tractum sponte enascentes explicet, quis inficiabitur? Sola tamen Panormus, cujus situs ac natura soli coelique celebratur, ut eam recte et merito totum hortum Callias (1) dixerit, suapte caret flora. Et revera quae urbis exornant vicinia et amoena reddunt plantae, cum omnibus Siciliae totius conjunctae, nec dum in peculiari volumine descriptae et explanatae, modo quidem Florae Panormitanae conveniente nondum editae fuerunt. Namque quin de Boc-

(1) Apud Athen. Deipnosoph. lib. xii-

AUG 7 - 1923

conis, Cupani, et Bonanni libris sermonem instituam, utpote qui botanicae illius tanti viri Caroli Linnaei reformationi antecedunt, neque de p. Bernardini ab Ucria libello loquar, totus enim erroribus scatet, de Preslii tantum, Bivonae, Tinei, et Gasparrini lucubrationibus, quae nuper prodiere, aliquid dicere operae pretium duco.

Edidit Preslius suam floram siculam, quae ab omni parte absoluta dici nequit, mendis enim plerisque putet, cum ipse celerrime Siciliam peragraverit, herbasque cognoverit. Meliore quidem exitu eruditissimus eques Joannes Gussonius post tot tantosque labores noscendis nostratibus herbis exantlatos, Florae Siculae prodromum publici juris fecit, opus procul dubio commendatione dignum; etenim innuperis refertum est inventis, nec non corrigendis Preslii et Ucriae erroribus aptissimum. Attamen ad finem perduci nonnullis ex caussis adhuc non potuit, et tertium volumen desideratur. Et ut vera dicam, tanto in opere, quod universam phytographiam siculam amplectitur, loca omnia, in quibus panormitanae enascuntur plantae, adamussim haud notantur, praetereaque quae in

principis urbis viciniis reperire datum nobis fuit, desunt quae vel auctori ignotae, vel ab ipso in aliis Siciliae plagis, praeterquam Panormi, deprehensae fuerunt. Bivonae manipuli et centuriae parvum plantarum panormitensium numerum describunt, quapropter omnino plantarum agri panormitani notitiae praebendae impares habentur, et Tinei pugillus, nec non catalogus, ac Gasparrini opuscula eamdem ferunt notam.

Hisce de caussis Floram Panormitanam publici juris reddere institui. In ea cunctas panormitani agri plantas collectas invenies, characteribus genericis distinctas et juxta familias, ex methodo Linnaei sexuali quae florae describendae aptissima existimatur, enumeratas. Eas praeterea specifica locutione, synonimisque praesertim siciliensibus depingere [1], florum tem-

[1] Praeter exterorum botanicorum synonimos, qui Siciliae plantas descripserunt, florae graecae Sibthorpii Smithiique, et florae atlanticae Fontanesii hic synonimos habes, ut facilius cognoscantur quae siculae plantae in Graecia et Barbaria plagae causa enascuntur. Pari modo synonimos addidi elucubratissimae florae italicae Bertolonii, quod opus recentius accurata plantarum italicarum descriptione commendatur.

Panormi duplex Pamphytonis siculi Cupani exemplar habe-

pus ostendere, locum in quo enascuntur ejusque naturam indicare non abs re mihi visum est. Hocce in libello pro virili absolvendo quod nostratum ('), et exterorum curis usus fuerim ( ), operam navasse mihi videor. Nec singularum plantarum imagines exhibebo, siquidem opus esset difficile; sed tantum ære incidendas curavi, quae novae vel parum cognitae vel nulla solertia inspectae fuerunt. Coeterum quas alii botanici osterunt tabulas, consulere lector potest, neque ego opportunis exornare

mus. Alterum, quo usus est clarissimus Gussonius, in bibliotheca societatis Jesu asservatur, altero bibliothecam publicam Senatus Granatelli princeps liberaliter donavit. Cum in tabulis evidens diversitas appareat utrumque citavi.

(1) His annumerare juvat Augustinum Todarum, optimae spei juvenem, qui saepe mecum comes additus est, plantas panormitani agri collectum.

Celeberrimi Antonini Bivonae, ex ejus filii Andreae humanitate qui historiam naturalem et praesertim malacologiam siculam optime callet, herbarium consulere mihi datum est; a quo plantas primum Panormi a tanto viro repertas, novasque stirpes in eo descriptas excerpsi et in meum opus intuli.

(3) De clarissimis *Gussone*, *Presl*, *Rafinesque*, *Jan*, *Schow*, *Gasparrini* qui phytologiae siculae plurimam operam navarunt' hic fit mentio. Vid. meum *Prospetto dello stato della botanica in Sicilia nel secolo decimonono nelle Effemeridi scientifiche e letterarie per la Sicilia*, fasc. 61, 62, e 63.

observationibus plerasque plantas omittam. Cunctas igitur meae patriae plantas illustrare in animo est, cum persuasum habeam, nullo meliore modo patriae gratum animum me significare posse, quam quae ipsius ager ex se fundit studio subjicere, ob oculosque omnium ponere.

Diversa terrarum qualitas, nec non diversis plagis obversa loca panormitanam floram adeo praedivem plantarum reddunt, ut siculae dimidiam partem superet. Quas alii botanici observarunt, et quarum me participem fecerunt hic quoque descripsi, et tandem haud omittendas arbitratus sum plantas dubias jam ab Ucria, Preslio, aut Cupanio inventas, quas signo † notavi. Hocce modo quae a me vel ab aliis repertae fuerunt, in mea flora descriptae habentur. Plantis primum in Panormitano agro inventis, quamvis alicubi in Sicilia etiam cernantur, signum ✠ apposui, illas quae in Sicilia numquam visae sunt, ✠ ✠ signavi.

Verum antequam plantas omnes, quas panormitanus ager ex se edit, explicem, regionis situm et coelum, montes et flnmina, nec non hujus urbis loca diversa praestat describere, et, ut uno verbo dicam, de his quae ad botanicen

pertinent, physicam Panormi topographyam adumbrare opus est.

Panormus, urbs Siciliae princeps, inter gradus 30, 6, 44 latitudinis et 31 o 20 longitudinis jacet in aperta planitie, quam montes veluti corona circumcingunt, praeterquam ex ea parte, qua ipsa ad ortum solis aestivum vergit. Hosce inter montes ora maritima a Sferracaballo *(Sferracavallo)*, locum inter Billiemem *(Monte Billiemi)* et Gallum *(Monte Gallo)* montes sito, qua urbs inter septemtriones et occasum solis spectat, ad Altavillae pontem *(Ponte di Altavilla o della Milicia)* usque, qui ad orientem XIV ab urbe lapide cernitur, triginta mille passuum intervallo patet. Sferracaballi regio sinum inter Billiemem sinistrorsum et Gallum dextrorsum efformat. Continuam hinc vides oram ad montis Galli radices, quae protinus ipsum inter et montem Peregrinum alium effingit sinum mille passuum spatio, Mondelli *(Mondello)* nomine; ibi loca arenis congesta inveniuntur, quibus Mondelli palus proxima est, plantis ditissima sed aestatis et autumni temporibus malignas ob terrae aspirationes vehementer insalubris. Montis Peregrini radices in aquilonem

vergentes lambit arenâ et saxis usque oppletum litus, diversis nominibus distinctum qua Rotolorum *(Li Rotoli)*, qua Virginis Mariae *(Vergine Maria)*, qua Arenellae *(Renella)*, qua Aquae sanctae *(Acqua santa)*, qua Moli *(Molo)* et inde ipsamet maritima Panormi ora, ubi quamplurima saxa aquis submersa cernuntur. Pergit deinde ad ortum propter D. Erasmi pontem *(Ponte di S. Erasmo)*, Mustazzolam *(Mustazzola o Romagnolo)*, Speronem *(Lo Sperone)*, Piratarum aquam *(Acqua dei corsari)*, Ficarazzellos *(Ficarazzelli)*, Ficarazzos *(Ficarazzi)*, Aspram *(Aspra)*, Bayheriam *(Bagheria)*, usque ad Catalphani radices; et hunc inter et montem Peregrinum sinus flectitur, in quo media exurgit Panormus. Iter secundum litus facienti ad Catalphani radices Porticellus *(Porticello)* occurrit, quem pauci habitant nautae, et hinc D. Flaviae oppidulum, et Solunti thynnaria *(Tonnara di Solunto)*, Fundachellum *(Fondachelli)*, et Altavillae pons prope ejus dem nominis vicum. Hocce in intervallo loca habentur arenosa, et ad eumdem pontem tantum humida.

Hisce de rebus intelligere potes tibi totam

Panormi oram radenti tres montes occurrere ab aliis sejunctos, Gallum (*Monte Gallo*) scilicet, Peregrinum (*Monte Peregrino*), et Catalphanum (*Monte Catalfano*), quibus si ex altera parte Billiemem, ex altera trans Altavillae pontem Thermarum turrim (*Torri di Termini*) adjicias, quatuor interjacent sinus, Sferracaballi, Mondelli, Panormi, et Solunti. Mons Gallus, qui ad 1720 pedes erigitur, Sferracaballi sinum inter et Mondelli a septentrione Panormum spectat. Peregrinus sive Ercta, ad quem in circuitu unus patet ascensus per *scalam* ad Divae Rosaliae specum ducentem, (ubi planities per milles passus extenditur), in summo jugo ad pedes 1963 surgit. Catalphanus, in qua adhuc veteres Solunti reliquiae vivuntur, altitudine 1095 pedum, ab oriente ad principem urbem vergit. Caeteri panormitani montes duas effingunt catenas, quarum altera a coro ad occasum, ab oriente altera ad africum pergit.

Harum priorem observanti ad corum se sistit Billiemis specubus ossibus fossilibus refertis ad radices frequens, qui Bellampo (*Bellampo)* conjungitur, ubi Hyccarae scala (*Scala di Carini*) et ad montem Cuccium (*Monte*

*Cuccio*) pertinet hujusce catenae altiorem, aut saltem acutiorem, unde montis *Cuz* nomen habuit, namque illius cacumen a mari ad perpendiculum 3470 pedes distat, duplici ferme spatio quo Peregrinus. Mons hic alpester et sterilis, aquae fontem in vertice offert animantibus per ea loca pascentibus et botanico, itinere sub sole aestivo, defesso. Bellampum inter et Montem Cucium scala cernitur Turrectae (*Torretta*), quod oppidulum post Bellampum surgit. Ad Cucii radices in jucundo Panormitanae orae prospectu Baydae coenobium (*Convento di Baida*) erigitur, cui contiguus extat collis, ascensu facilis, montis Baydae nomine vel quatuor arearum (*Montagna di Baida o delle quattro arie*) ubi crypta immanis minerologi observatu digna. Coenobio subest parvus collis (*Montagnuola di Bonriposo o di Petrulla*), et inferius planities patet sub nomine Roccatii (*Roccazzo*), parvis lacubus abundans, qui ex aquis ab acuto monte et Turrectae scala confluentibus efformantur. Hic ager nonnullis rarioribus plantis fertilis est.

Ad acuti montis australem partem vallis recedit umbrosa, montibus circumdata quae divi

Martini (*Valle di s. Martino*) appellatur; extat enim in ea praedives pp. Benedictinorum monasterium divi Martini de Scalis (*Monastero di s. Martino*) septimo ab urbe lapide, 1741 pedes ab mari praealtum. Hujus ad occiduas partes Oculi mons (*Monte Occhio*) surgit, Saganae montibus conjunctus, altitudine a monte acuto parum distans, a quo S. Annae *portella* (*Portella di s. Anna*) illum dividit. Non procul ab Divi Martini monasterio alius ad orientem subrigitur mons Petrosus, (*Monte Pietroso*) pyramidis instar. Ad hujusce vallis orientem plagam Caputus (*Monte Caputo*) occurrit, qui ad radices, qua Panormum prospicit, vicum habet Buccaefarci (*Boccadifalco*) nomine, unde ad D. Martini coenobium publicum est iter, uberrimis aquarum decursibus irriguum et proximo Gabrielis fonte celebrem (*Acqua del Gabriele*). Ubi vero circa extrema latera austrina declivis est Caputus, Monsregalis archiepiscopi sede urbs decorata cernitur, ad quam Panormo magnifica proficiscimur via, quaque ad alias regiones patet aditus. Caputus mons est fere totus frutetis, vineis, oleisque dives; sed qua Buccaefarco imminet locus est nemori aptus et

quercubus sylvestribus abundans. In summo vertice arx vetus, Castellatium extollitur, (*Castellaccio*) cujus adhuc integri perstant externi parietes turresque et cryptae fornicatae in substructionibus. Post Caputum ad occidentem solem alii contigui montes, in quibus nil observatu dignum, tandem Gibilmessae (*Gibilmessa*) conjunguntur, monti praealto, proximis imminenti jugis, cujus supercilium ab oriente Panormum, ab occiduo subjectam Saganam prospicit, qui locus deliciis affluens XVI ab urbe lapide visitur. Cum a Gibilmessa iter ad africum intendas, obviam reperis viam quae Monteregali Partenicum ducit, et ab opposito latere montem Rendam (*Renda*), de quo mox dicam, alteram montium catenam perlustrans.

Catena haec, fertilissimis Nebrodibus (*Madonie*) adhaerens, ab oriente sole spectat inter occasum et austrum, et initium capit a montibus qui Altavillae imminent, quos inter proximus subrigitur Canum mons (*Monte de' Cani*). Altavillae montes utpote parum altos collium instar, in via quae Panormo Thermas ducit, alii Castellatii proximi oppiduli, et Bayeriae excipiunt, sc. Bongiorno (*Bongiorno*), Valguar-

nerae (*Valguarnera*); et Cordubae (*Cordua, o Porcara*) jugum Ficaratii fluvio imminet, quaque Panormum spectat, contiguum habet collem, Cannitae nomine (*Cannita*).

Cordubae montem inter et Gibilrussam maris *portella* (*Portella di mare*) extat, ubi via quae a Villabate Menselmerium ducit. Gibilrussa (*Gibilrossa*) mons est protensus, qui a Panormi plaga colli adjungitur sub nomine *Montagnuola di Villabate*, nam ad ejus radicem ejusdem nominis vicus, et in viciniis aquarum gurgites, qui quosdam lacus efformant, adsunt, Favararum scatebrae (*le Acque delle favare*). Ab opposito Gibilrussae latere Menselmerium vicus (*Misilmeri*), novem mille passum ab urbe dissidet. Hinc qui fertili *delli Ciaculli* planitiei montes imminent, cum Griphone (*Monte Grifone o di S. Ciro*) conjunguntur, specum ossibus fossilibus percelebrem habente, cui D. Cyri aedes (*S. Ciro o Mardolce*) contigua visitur, a quo ea regio nomen accipit, et proximae D. Cyri sive Marisdulcis paludes. Haud procul hinc S. Mariae de Jesu coenobium (*Convento di S. Maria di Gesù*) quod monti nomen dat, vides; locus hic plantis fertilissimus

est, quem Sferriveteris (*Sferrovecchio*) plaga excipit, ad ejusdem montis radices patens.

Ad hujusce montis australe latus Mezagnum sive Belmontis (*Mezagno o Belmonte*) vicus extat, ad quem Panormo via alpestris ducit, Griphoni et fraxinorum Chiarandae nemori (*Bosco di Chiarandà*) interstrata, quod radices tangit Falconis montis cum Griphone conjuncti et Falsimellis (*Falsomele*) planitiei imminentis. Falconis radices in crucis formam vallem efficiunt, quae dicitur *la Scala di Maseddi*. Monti Falconi Salvatoris seu Divi Laurentii mons sterilis adjungitur, cujus radices tamen aquarum rivis irrigantur, ibi Gratiae vicus (*il villagio della Grazia*), IV ab urbe lapide distat.

Hunc montem Malipassus colles excipiunt, (*Montagna di Malpasso*) qui viae imminent Panormo Parcum ducenti, colles seu montes maxima ex parte exculti, quos inter et Moartam vallis ficus (*Valle della Fico*) intercedit. Mons est Moarta quam longe extensus est et altitudine praeeminens, Monti Cucio enim aequiparari potest; ex ea parte qua Montem Regalem vergit, Parcus (*Parco*) oppidulum est,

in quo PP. Cistercensium visitur monasterium, quibus adnumerabatur percelebris ille P. Sylvius Boccon, ibi demortuus. Parco mons calvarius (*Monte Calvario*) imminet, Moartae suppositus, quem via permeat, a Parco ad Graecorum planam (*Piana de' Greci*) conducens. Qui hanc viam terunt, duos ostendunt lacus, alterum sinistrorsum decem mille passus Panormo distantem, Rebuttonis nomine (*Gurgo di Rebottone*) a quo iter invium ad nemora Rebuttonis et Planetti (*Boschi di Rebottone e del Pianetto*) a Falconis et Mezagni tergo posita, patet; alterum dextrorsum non procul 3 mille passibus, verum illo majorem fertilioremque, Ddingoli nomine (*Gurgo di Ddingoli*) cujus e regione loca nemoribus et castaneis virescunt.

Cum Moarta, cui adjungitur, altitudine contendit Carpinita (*Carpinita*), quem a Pizzuta dividit Xerevullis (*Xerevulli o la portella della Piana de' Greci*). Pizzuta (*Pizzuta*) mons est excelsus, imminens, qua ad austrum vergit, Graecorum Planae, quod oppidum Panormo XVI mille passuum procul abest. Plantis ferax persaepe stat nive candidus, et ad ejus ra-

adces septemtrionales via est, quae Panormo di Divi Josephi oppidum ducit. Juxta Pizzutam ad occasum solis Marabella (*Marabella*), Frater Antonius (*Frate Antonio*), et Clausetta (*Ghiusutta*) montes tolluntur qui cum Renda se conjungunt. Rendae montes inter septemtriones et orientem solem Panormum spectant, nemus in clivo servant, et montium panormitensium coronam claudunt.

Hisce montium duabus catenis et ora maritima continetur ager panormitanus, quem duo Fluvii Oretus et Ficarattius interfluunt. Oretus a Parci et Montis regalis montibus originem capit; diversa enim aquarum confluvia ab illis descendentia duos confingunt torrentes, qui cum ad Miccinum conjungantur Flumen Latum efformant, Miccinum a Suvarello dividens (hi colles inter Parcum et Montem regalem surgunt) et ibi Oreti nomen accipiens. Hoc flumen Gratiae praeterfluens pontem, ubi loca umida et argillosa cernuntur, dein Guadagnae (*Guadagna*) et postremo Divi Erasmi pontem post VII mille passuum circiter cursum in mare influit. Ficarattius fluvius tenuis est, in quo observatu dignum duco pontem XVII arcubus praealtis elatum.

Totus panormitanus ager plurima continet rura fertilitate et cultu notanda. Etenim quae ad Panormi sinistrum latus reperiuntur seu quae Monte Gallo, Peregrino, Billiemo, Bellampo et Cucio comprehenduntur, perlustrans, offendet Petrazzos, (*Petrazzi*), Rigani passum (*Passo di rigano*), S. Laurentii (*S. Lorenzo*) et Collium agros (*Li Colli*), Favoritam, praedium quod a villa regia nomen accipit, nec non Sampoli agrum (*Sampolo*), ad quae postrema loca per Consolationis planitiem (*Piano della Consolazione*) trans S. Luciae vicum (*Borgo di S. Lucia*) iter patet. Nec praetereunda Auditoris (*Uditore*), Olivuzzae (*Olivuzza*) rura, et Campusfranci (*Campofranco*) a quo ad Roccatium via facilis. In dextro latere primas habent Bayheria, oppidulum IX m. passibus ab urbe distans et *Ciaculli*, loca plerumque vitibus consita, quibus addas velim rus *dei Porrazzi*, a quo per Palliarellorum (*Pagliarelli*) viculum ad Gratias pontem pervenies.

En sub uno fere intuitu loca cuncta, in quibus plantae indigenae enascuntur, breviter enumerata. Verum antequam huic meae praefationi finem imponam, omnibus innotescat ve-

lim, ut teneri me sentiam huic Granatelli Principi, viro erudito, et botanices sedulo amatori, qui nonnullis perraris et carioribus libris me humaniter donavit, ut in hisce meis botanicis lucubrationibus facilior patefieret via.

# FLORA PANORMITANA

# CLASSIS I.

## MONANDRIA.

## ORDO I.

## MONOGYNIA.

---

### 1. CENTRANTHUS.

*Necker elem. bot. 1. p. 122. Dec. flor. franç.* IV. *part. 1. p. 238. et mémoire sur la famille des valérianées p. 3. Dufresne hist. des valérianées p. 38. n. 1. Juss. in ann. du museum d'hist. nat. tom. 10. p. 311. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 5.*
Valerianæ species *L. sp. pl. 44. Bertol. fl. it. 1. p. 163. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 22.*

*Corolla* quinqueloba, regularis, calcarata. *Capsula* unilocularis, limbo calycis in pappum plumosum evoluto.

Ord. Nat. *Aggregatæ Lin. ord. nat. n.* XLVIII. *Dipsaceæ Juss. gen. p. 194. Valerianeæ Dec. fl. franç.* IV. *part. 1. p. 232. Dufresn. loc. cit.*

1. C. RUBER. *Dec. fl. franç. IV. part. 1. p. 239. n. 3327. et prodr. syst. nat. IV. p. 632 n. 3. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 35. Presl. fl. sic. pr. p. 5.*

C. foliis integris ovatis vel lanceolatis, sessilibus, nervosis, caule basi suffrutescente, floribus corymbosis, calcare elongato, genitalibus corolla longioribus.

Valeriana rubra *L. sp. pl. 44. Ucria H. R. Pan. p. 45. Desf. fl. atl. 1. p. 27. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 22. Bertol. fl. ital. 1. p. 163.*

Ocymastrum valerianthes *Cast. H. Mess. p. 41.*

Ic. *Lamk. ill. gen. t. 24. f. 2.*

β foliis lateovatis.

V. montana latifolia seu major rubra *Cup. H. Cath. p. 226.*

N. IT. *Savonina. Fisti da fistiare. Ocimoide. Valeriana rossa. Targ. Toz. diz. bot. 2. p. 102.*

N. SIC. *Valeriana russa. Ucria loc. cit.*

In ruderatis et præsertim in rupibus calcareis frequens.

Floret Aprili Augusto.

Perennis. Planta glabra. Caules fistulosi, cæspitosi, erecti vel ascendentes, plerumque simplices, 1-2 pedales. Folia in var. α ovata aut lanceolata, acuminata, sessilia, opposita, nervosa: in var. β folia sunt 1-poll. vel 1-$^1/_2$ poll. lata. Corymbus terminalis, densiflorus, rami ejus dichotomi. Flores bracteati, bracteis linearibus, oppositis, rubri: varietas floribus albis prope Panormum non invenitur. Corollæ tubus longus, gracilis, limbi laciniæ inæquales, calcar elongatus. Stamen, uti stylus, exertum. Achenium compressum pappo coronatum.

2. C. CALCITRAPER. *Dufresn. loc. cit. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 35. Dec. prodr. syst. nat. IV. p. 632. n. 5. Sprengel syst. veg. 1. p. 16. n. 2. Presl. fl. sic. pr. p.* 5.

C. foliis radicalibus ovatis subdentatis, petiolatis,

caulinis inferiobus lyratis, superioribus pinnatifidis sessilibus, floribus subpaniculatis, calcare brevissimo.

Valeriana calcitrapa *L. sp. pl. 44. Ucria H. R. Pan. p. 45. Desf. fl. atl. 1. p. 28. Biv. cent. 2. p. 72. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 23. et suppl. 1. p. 6. Dec. fl. franç. IV. p. 1. p. 238. n. 3325. Bertol. fl. ital. 1. p. 165.*

Valeriana foliis calcitrapæ *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 91.*

Ic. *Sibt. fl. græc. t. 30.*

V. annua minor, folio centaurii majoris modo diviso *Cup. pamph. 1. t. 75. et ex. bibl. pubbl. 1. t. 11.*

N. It. *Valeriana calcatreppola. Nardo frastagliato. Bertol. l. c.*

In arenosis et in campis maritimis.

*Mondello.*

Floret Aprili Majo.

Annua. Caulis teres, striatus, erectus, simplex vel superne ramosus. Folia radicalia petiolata, ovata, subdentata, caulina sessilia, inferiora lyrata, laciniâ ultimâ majore, superiora pinnatifida, laciniis omnibus linearibus. Corymbus terminalis, ramosus, ramis dichotomis, subpaniculatis, multifloris. Flores rubri, parvi, bracteati, bracteis lineari-subulatis. Corolla brevissime calcarata. Stamen exertum. Achenium oblongum pappo plumoso coronatum.

## 2. SALICORNIA.

*Lin. gen. pl. 5. Juss. gen. p. 86. Lamk. ill. gen. 1. p. 12. t. 4.*

*Calyx* ventricosus, integer, persistens. *Corolla* nulla. *Stamen* unicum vel duo. *Stylus* bifidus. *Semen* unicum, compressum, calyce tectum.

Ord. Nat. *Holoraceæ L. ord. nat. ad calc. gen. pl. ed. 6. n. XII. Atriplices Juss. gen. pl. p. 83. Chenopodeæ Dec. fl. franç. 3. p. 380.*

3. S. herbacea. *L. sp. pl. 5. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 38. Ucria H. R. Pan. p. 35. Presl fl. sic. pr. p. 9. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 2. et suppl. 1. p. 1. Bertol. fl. ital. 1. p. 15.*

S. annua, caule erecto, ramoso, ramis erecto-patentibus, articulis apice compressis, emarginatis, acutis, spicis pedunculatis, squamis perigonialibus utrinque ternis, intermedia altiore.

Kali humile, tenerrimum, geniculatum, succo pregnans, equiseti capitulis. *Cup. H. Cath. p. 245.*

Kali *Cast. H. Mess. p. 12.*

Ic. *Lamk. ill. gen. 1. tab. 4. Guss. fl. sic. tab. 2.*

Kali geniculatum, cupressiforme, equiseti capitulis. *Cup. pamph. 2. t. 121. et ex. bibl. pubbl. 1. t. 173.*

N. It. *Baccici. Erba Cali. Salicornia. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 91.*

N. Sic. *Cucuddu. Ucría loc. cit.*

In inundatis salsis maritimis.

*Mondello.*

Floret Septembri Octobri.

Annua. Caulis erectus, subpedalis, ramosus, ramis erectis vel patentibus, carnosus, sæpe ætate purpurascens. Articuli apice compressi, emarginati, acuti. Spicæ pedunculatæ, laterales oppositæ, per paria cruciatæ, terminales solitariæ longiores. Squamæ perigoniales utrinque ternæ, quarum intermedia est altior. Nux pilis hirta.

Synonimon Kali humile etc. a cl. Gussonio ad salicorniam amplexicaulem relatum potius ad hanc speciem pertinere puto.

4. S. radicans. *Smith. fl. brit. ed. 2. vol. 1. p. 3. (ex ejus herbario secundum Guss.) Guss. fl. sic. pr. supp. 1. p. 1. Röemer et Schultz syst. veg. 1. p. 39. Ten. syll. p. 8. n. 4.*

S. caule fruticuloso inferne decumbente, radicante, ramoso, ramis erectis, articulis emarginatis, spicis brevibus, oppositis, subpedunculatis, cylindraceo-ovatis, obtusis, squamis perigonialibus ternis, æquialtis.

S. fruticulosa. *Tin. Cat. H. R. Pan. ann. 1827.*

S. fruticosa β. *Bertol. fl. it. 1. p. 18.*

Ic. *Engl. fl. t. 1691.*

Cum præcedente provenit.

Floret Septembri Octobri.

Species a *salicornia fruticosa* satis distincta *caule* gracili, humili, decumbente, radicante, *spicis* brevibus 3-6 lineas longis. Internodia spicarum sunt brevissima. Plantam frutificantem non vidi.

5. S. fruticosa. *L. sp. pl. 5. Ucria H. R. Pan. p. 34. Presl fl. sic. p. 10. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 2. et suppl. 1. p. 1. Bertol. fl. ital. 1. p. 17.*

S. caule fruticoso, erecto, ramoso, spicis teretibus, subsessilibus, squamis perigonialibus ternis, intermedia parum longiore.

Ic. *Lamk. ill. 2. tab. 4. f. 2. Guss. fl. sic. t. 3.*

β *macrostachya*, ramis erectis, adscendentibusve, spicis crassis, cilindraceis.

S. macrostachya. *Moric. fl. ven. 1. p. 2. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 2. et suppl. 1. p. 2.*

S. fruticosa planta luxurians et fructificans. *Bertol. fl. it. 1. p. 17.*

Ic. *Guss. fl. sic. 1. tab. 4.*

Kali geniculatum majus. *Cup. H. Cath. p. 245.*

N. It. *Salicornia, Erba Kali. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 91.*

N. Sic. *Cucuddu ad arvuliddu. Ucria loc. cit. Cucuddi. Cup. loc. cit.*

In inundatis maritimis.

Var. α *a Mondello*, ubi invenit cl. Gussonius qui mihi illam communicavit: var. β etiam *a Mondello* et *alla Renella*, *al Molo dietro il Castelluccio*, *all'Acqua dei Corsari*.

Floret Julio Augusto.

Perennis. Caulis crassus, teres, ramosus, articulatus, articuli ejus inferne obliterantur. Spicæ 2-3 pollices longæ, in β majores. Nux ovata, nigra, tuberculis parvis undique sparsa, intra squamam perigonialem sepulta.

# ORDO II.

## DIGYNIA.

### 3. CALLITRICHE.

*L. gen. p. 6. Juss. gen. p. 19. Lamk. ill. gen. 1. p. 15. tab. 5.*

*Calyx* nullus. *Petala* duo, æqualia, *Stamen* unicum. *Filamentum* capillare. *Styli* duo. *Nux* tetragona, bilocularis, tetrasperma. Flores axillares solitarii, monoici aut hermaphroditi.

ORD. NAT. *HOLORACEÆ L. ord. nat. n. XII. NAJADES Juss. gen. p. 19. ONAGRARICÆ Dec. fl. franç. 4. p. 14. HALORAGEÆ R. Brow. gen. rem. (1814) p. 17. Dec. prodr. syst. nat. 3. p. 65. CALLITRICHINEÆ Laviell. in ann. de la societ. Linn. an. 1824. p. 229. Link. enum. 1. p. 7.*

6. C. VERNA. *L. sp. pl. 6. Guss. prodr. fl. sic. 1. p. 3. Bertol. fl. ital. 1. p. 26. Dec. prodr. syst. nat. 3. p. 78. pl. var.*

C. caule fluitante, foliis inferioribus oppositis, linearibus, ovalibus, obovatisve, superioribus aggregatis, obovatis vel spathulatis, omnibus triplinerviis nucibusque sessilibus.

C. sessilis. *Dec. fl. franç. 4. p. 414. n. 3665.*

Lenticula palustris vulgaris. *Cup. Hort. Cath. p. 108.*

Ic. *Lamk. ill. gen. 1. t. 5.*

β foliis omnibus obovatis subpunctatis, fructibus tetragono-alatis. *Guss. l. cit. et in add. et emend. p. 1.*

N. It. *Erba gamberaja, Gramigna de' pesci, Stellaria aquatica. Targ. Tozz. ex Bert. l. c.*

N. Sic. *Linticchia d'acqua chi sta supra l'acqui comu stizzi d'ogghiu. Cup. l. cit.*

In rivulis et in aquis lente fluentibus passim occurrit. Var. β *al Gurgo di Ddingoli (Guss.)*

Floret Aprili Julio.

Annua. Species re vera polymorpha ob foliorum diversitatem, ideoque immerito multas in species ab auctoribus distincta. Folia inferiora opposita, remota, superiora approximata, rosulata, natantia.

7. C. pedunculata. *Dec. fl. franç. IV. p. 415. n. 3656. et prodr. syst. nat. 3. p. 71. Guss. pl. rar. p. 3. et fl. sic. pr. 1. p. 3. et suppl. 1. p. 2. Jan. elen. p. 1.*

C. caule fluitante, foliis inferioribus lineari-spathulatis, superioribus oblongis, omnibus obtusis, triplinerviis, nucibus inferioribus pedunculatis, superioribus subsessilibus, sessilibusque.

C. verna var. ε *minima. Bertol. fl. ital. 1. p. 27.*

Ic. *Guss. pl. rar. t. 2. f. 1.*

In inundatis et in stagnis montosis.

*A Mondello e al Gurgo di Ddingoli.*

Floret Majo Julio.

Annua. A callitriche verna nucis pedunculo facile distinguitur.

# CLASSIS II.

## DIANDRIA.

## ORDO I.

## MONOGYNIA.

---

### 4. OLEA.

*L. gen. p. 10. Juss. gen. p. 105. Lamk. ill. gen. 1. p. 28. tab. 8.*

*Calyx* 4-dentatus. *Corolla* 4-fida, laciniis subovatis. *Drupa* putamine osseo 1-2 loculari, 1-2 spermo.

Ord. nat. *Sepiariæ L. ord. nat. n. xliv. Jasmineæ Juss. gen. p. 104. Dec. fl. franç. 3. p. 494. Oleaineæ Link. enum. 1. p. 33. R. Brown prodr. p. 522.*

8. O. Europæa oleaster. *L. sp. pl. 11. Ucria H. Pan. p. 36. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 6. et suppl. 1. p. 3. Bertol. fl. ital. 1. p. 45.*

O. foliis lanceolatis, mucronatis, integerrimis, subtus incano-argentinis, ramulis tetragonis, lævibus.

O. oleaster. *R. S. syst. veg. 1. p. 68.*

O. sylvestris folio duro subtus incano. *Cup. Hort. Cath. p. 156.*

Ic. *Sibth. fl. græc. 1. p. 3. tab. 3.*

O. oleastriformi folio et fructu. *Cup. pamph. 2. t. 220. et Bon. t. 147.*

N. It. *Oleastro, Olivo salvatico, Ulivagnolo, Ulivastro. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 68.*

N. Sic. *Agghiastru. Cup. Hort. Cath. p. 156. Alberu d'oliva. Ucria l. c.*

In collibus aridis.

Floret Aprili Majo. Fructificat Septembri Octobri.

Perennis.

## 5. VERONICA.

*L. gen. p. 14. Juss. gen. p. 99. Lamk. ill. gen. 1. p. 42. tab. 13.*

*Calyx* 4-partitus, infimus. *Corollæ* limbus 4-partitus, laciniâ infimâ angustiore. *Capsula* bilocularis.

Ord. nat. *Personatæ Lin. ord. nat. n.* xl. *Pediculares Juss. gen. p. 99. Rhinantheæ Juss. in annal. du muscum d'hist. nat. tom. 5. p. 249. Dec. fl. franç. 3. p. 454. Scrophularinæ R. Brown prodr. p. 433.*

* *Racemis lateralibus.*

9. V. Anagallis. *L. sp. pl. 16. Ucria H. R. Pan. p. 38. Presl fl. sic. pr. p. 7. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 9. Bertol. fl. ital. 1. p. 70. Desf. fl. atl. 1. p. 11.*

V. caule fistuloso, erecto, inferne radicante, foliis amplexicaulibus, lanceolatis, serratis, capsulis subrotundis, emarginatis.

V. aquatica major folio oblongo. *Cup. H. Cath. p. 228.*

Anagallis aquatica major. *Cast. H. Mess. p. 32.*

Ic. *Fl. Dan. t. 903. ex Guss. et Bert.*

N. It. *Beccabunga. Crescione. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 102.*

N. Sic. *Beccabunga. Ucria l. c.*
In fossis, in rivulis, et in paludosis ubique.
Floret Januario Junio.

Perennis. Caulis fistulosus, ramosus; rami oppositi, ascendentes. Racemi axillares, oppositi, pedunculati, pedunculis folio multo longioribus. Bracteæ lanceolatæ vel lineares, pedicellis erecto-patentibus subæquales vel parum breviores. Corolla roseo-cœrulea, striis saturatioribus. Capsula subrotunda emarginata. Planta glabra vel subvillosa.

10. V. Anagalloides. *Guss. pl. rar. p. 5. et fl. sic. pr. 1. p. 10. et suppl. 1. p. 3. Moretti syn. veron. p. 12. n. 10.*

V. caule humili, erecto, glabro, foliis lanceolato-linearibus, amplexicaulibus, subintegris, capsulis ellipticis, obtusis.

V. anagallis minor. *Ten. syll. p. 1.*
V. anagallis δ. *Bertol. fl. ital. 1. p. 71. et p. 844.*
Ic. *Guss. pl. rar. t. 3.*
In stagnis montosis et in paludosis depressis.
*Gurgo di Ddingoli. Mondello.*
Floret Aprili Majo.

Stirps ab anagallide habitu, foliis capsulisque satis distincta, ideoque immerito a Cl. Bertolonio et ab Eq. Tenorio cum illa conjuncta.

Annua. Caulis plerumque simplex, erectus. Pedunculi pubescentes, oppositi, vel quandoque verticillato-terni. Bracteæ lineares pedicellis pubescentibus multo breviores. Capsulæ ellipticæ, obtusæ, haud emarginatæ. Folia opposita, linearia, subintegra, interdum verticillato-terna.

** *Racemo terminali.*

11. V. Arvensis. *L. sp. pl. 18. Ucria H. R. P. p. 38. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 8. et suppl. 1. p. 3. Desf. fl. atl. 1. p. 14. Bertol. fl. ital. 1. p. 92.*

P. caule ascendente basi ramoso, foliis inferioribus petiolatis, ovatis, superioribus sessilibus cordato-ovatis, omnibus crenatis, oppositis, bracteis lineari-lanceolatis, integris, flore longioribus, laciniis calycinis inaequalibus, capsulâ compressâ, obcordatâ.

Alsine veronicae foliis, flosculis cauliculis adherentibus. *Cup. H. Cath. p. 6.*

Ic. *Poit. et Turp. fl. paris. 1. t. 21.*

Alyssum Dioscoridis *Colum. phyt. p. 27. tab. 28.*

N. It. *Ederella serpolino.*

Ad vias, in arvis, et in ruderatis frequens.

Floret Martio Majo

Annua. Planta pubescens. Capsulæ lobi sunt rotundati, ciliati, calyce breviores. Corolla cœrulea calyce etiam minor.

*** *Pedunculis axillaribus.*

12. V. Hederæfolia. *L. sp. pl. 19. Ucria H. R. Pan. p. 38. Guss. fl. sic. pr. 1, p. 11. Desf. fl. atl. 1. p. 14. Bertol. fl. it. 1. p. 104.*

V. caule procumbente villoso, foliis cordato-subrotundis, 3-5 lobis, lobo medio majore, pedunculis folio subæqualibus, calycibus fructiferis clausis, ciliatis, capsulis didymis, glabris.

Alsine hederulæ folio. *Cup. H. Cath. p. 6.*

Alsine hederacea. *Cast. H. Mess. p. 32.*

Ic. *Poit. et Turp. fl. paris. 1. t. 26.*

N. It. *Veronica morso di Gallina.*

N. Sic. *Mursiddina pilusa. Cup. l. c. Mursillina pilusa. Ucria l. c.*

In ruderatis, ad vias et præsertim in cultis.

Floret Februario Aprili.

Annua. Planta villosa. Folia petiolata, infima subrotunda, integra vel obsolete triloba; superiora sæpe quinqueloba, lobis obtusis vel acutiusculis, lobo medio multo majore. Pedunculi axillares, folio subæquales.

Calycis laciniæ æquales, cordato-ovatæ, ciliatæ, capsulis adpressæ. Corolla cœrulea, fauce alba, calyce brevior. Capsula didyma glabra. Semina urceolata, dorso rugosa.

13. V. Cymbalaria. *Bert. amœn. ital. p. 56. et 104. et fl. ital. 1. p. 105. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 11. et suppl. 1. p. 4. Sibth. et Smith fl. græc. 1. p. 7. tab. 9. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 121.*

V. caule procumbente, villoso, foliis cordato-subrotundis, 5-7-9 dentato-lobatis, pedunculis folio longioribus, calycibus fructiferis patentibus, laciniis ellipticis. Corolla calyce duplo longiore, capsulis hirsutis

V. cymbalariæ folia. *Vahl. En. 1. p. 81.*

V. hederæfolia β *L. sp. pl. 19.*

Ic. *Viv. fl. ital. fragm. fasc. 1. p. 14 t. 16.*

β ramis elongatis.

γ foliis omnibus subintegris

N. It. *Veronica cimbalaria Ten. fl. nap. 3. p. 16.*

Ad vias, in ruderatis, ad rupes calcareas et ad muros præcedenti communior.

Floret Januario Aprili.

Annua. Caulis procumbens, ramosus. Rami in plantis e muris dependentibus elongati. Folia inferiora opposita, subrotunda, integra et in paginâ inferiore sæpe atropurpureo-maculata; superiora alterna cordato-subrotunda , 5-7 dentato-lobata , dentibus obtusis ; raro integra vel obsolete 3-5 dentata, uti inveni ad viam quæ ducit *dall'Olivuzza al piano di Campofranco*. Pedunculi folio longiores, axillares, erecti, fructiferi recurvati. Calycis pilosi laciniæ æquales ellipticæ, vel subrotundatæ, corollâ subduplo minores. Corolla alba, fauce viridi. Semina læviuscula, cymbiformia, ore cymbæ late hiante, radiatim rugosa.

14. V. Panormitana. *Tin. in Guss. fl. sic. pr. suppl. 1. p. 1. Bertol. fl. ital. 2. p. 776.*

V. caule procumbente subvilloso, foliis ovatis, subseptemdentatis, calycibus fructiferis patentibus, laciniis ovatis acutis, ciliatis, corolla calyce subæquali, capsulis glabris.

V. cymbalaria planta macrior. *Bertol. fl. ital. 1, p. 105.*

Ic. *Fl. Panor. tab. 1.*

β *minor*, caule brevi, purpurascente.

In arvis, ad muros sed præcedenti rarior.

Floret Februario Aprili.

Veronicæ cymbalariæ affinis, sed foliis, floribus capsulisque diversa.

Annua. Planta e viridi glaucescens. Caulis procumbens, vel erectus, subvillosus, basi ramosus, in sterilibus purpurascens. Folia inferiora ovata, subintegra, opposita, petiolata, superiora alterna, plerumque ovata, vel quandoque ovato-subrotunda 5-7 dentata, dentibus acutiusculis. Pedunculi axillares, inferiores folio breviores, superiores folio subæquales. Calycis laciniæ æquales ovatæ, acutiusculæ, breviter ciliatæ, sæpe basi unidentatæ. Corolla tota alba, minor quam in præcedente, laciniis linearibus angustis. Semina cymbiformia, ore cymbæ constricto.

15. V. Didyma. *Ten. fl. nap. pr. p. 6, et app. 5. p. 3. Guss. suppl. 1. p. 4. Spr. syst. veg. 1. p. 75.-76. Bertol. fl. it. 1. p. 101.*

V. caule prostrato villoso, foliis cordato-ovatis, serratis, petiolatis, pedunculis folio longioribus, calycinis laciniis ovatis, acutis, capsulis turgidis didymis, loculis suboctospermiis, stylo exerto.

V. agrestis. *Desf. fl. atl. 1. p. 13. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 11.*

V. agrestis fere omnium auctorum floræ italicæ.

Alsine chamædrifolio, flosculis pediculis oblongis insidentibus. *Cup. H. Cath. p. 6.*

Ic. V. agrestis. *Curt. fl. lond. t. 2. t. 4.*

N. It. *Veronica pratajuola*, *Gallinella pratajuola*, *Gallinella primaticcia.*

In arvis, in cultis, ad vias et in ruderatis communis.

Floret Februario Aprili.

Species sequenti valde affinis, ideoque ab omnibus fere auctoribus cum illa confusa; sed seminum numero, laciniis calycinis acutis, et stylo emarginaturæ capsulæ longiore facile distinguitur.

Annua. Caulis prostratus, vel procumbens, valde ramosus. Corolla cœrulea, lineis longitudinalibus saturatioribus, fauce albà, calyce sublongior, semina cymbiformia, dorso transverse rugoso, in quoque loculo 7-9, raro 12.

15. V. Agrestis. *L. sp. pl. 18. et fl. svec. ed 1. p. 7. n. 7. Guss. suppl. 1. p. 4. Bertol. fl. ital. 1. p. 100.*

V. caule procumbente subvilloso, foliis cordato-ovatis dentatis, pedunculis folio subæqualibus, calycinis laciniis oblongo-lanceolatis obtusis, capsulis turgidis, loculis subtetraspermiis, stylo incluso.

V. pulchella. *Guss. fl. sic. pr. 1. p. 12. et fl. sic. 1. p. 15. t. 5.*

Ic. *Guss. fl. sic. 1. t. 5. Reich. cent. 3. p. 66. tab. 277. fig. 440.*

N. It. *Veronica Gallinella.*

In arvis cultis cum præcedente sed rarior.

Floret Martio Aprili.

Caulis præcedente minus ramosus. Laciniæ calycinæ oblongo-lanceolatæ, obtusæ, obsolete nervosæ. Corollæ laciniæ tres superiores pallide cœruleæ, inferior alba, angustior. Stylus emarginaturæ capsulæ brevior. Semina in quoque loculo quatuor.

† V. Triphyllos. *L. sp. pl. 19. Presl fl. sic. pr. p. 8. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 13.*

V. floribus solitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus, caule erectiusculo patulo.

Ic. *Poit et Turp. fl. paris. 1. t. 23.*

N. It. *Veronica manine*, *Veronica digitata.*

In arvis et agris *Palermo.*

Ineunte vere. Annua. Presl, sed nondum a me nec a cl. Gussonio lecta.

† V. Chamædrys. *L. sp. pl. 17. Ucria H. R. Pan. p. 39. Guss. l. c.*

V. racemis lateralibus, foliis ovatis, sessilibus rugosis, dentatis, caule debili.

Ic. *Poit. et Turp. fl. paris. 1. p. 19. t. 9.*

N. It. *Crescione di prati*, *Veronica maggiore*, *Veronica maschia. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p.*

N. Sic. *Vironichella minuta. Ucria l. c.*

Sponte nascitur in claustro Divi Antonini Patavini Panormi. *Ucria l. c.*

An planta Ucriæ ad veronicam didymam Tenorii pertinet ex loco?

## 6. LYCOPUS.

*L. gen. p. 15. Juss. gen. p. 111. Lamk. ill. gen. 1. tab. 18. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 57. n. 90.*

*Calyx* tubulosus 5-fidus. *Corolla* tubulosa subæqualis bilabiata, labio superiore emarginato, inferiore 2-fido. *Stamina* distantia. *Semina* quatuor retusa.

Ord. nat. *Verticillatæ Lin. ord. nat. n.* xlii. *Labiatæ Juss. gen. p. 110. R. Brown prodr. p. 499. Dec. fl. franç. 3. p. 504.*

17. L. Europæus. *L. sp. pl. 30. Ucria H. R. P. p. 41. Desf. fl. atl. 1. p. 17. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 14. Bertol. fl. it. 1. p. 129.*

L. foliis ovato-lanceolatis, grosse serratis, vel basi pinnatifidis.

Marrubium palustre glabrum. *Cup. H. Cath. p. 138.* et
Idem foliis profundissime dissectis, et
Idem foliis tenuius dissectis. *Cup. l. c.*
Sideritis Matthioli. *Cast. H. Mess. p. 44.*
Ic. *Lamk. ill. gen. 1. tab. 18.*

N. It. *Erba sega, Erba siderite. Marrobio acquatico, Siderite prima. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 61.*

N. Sic. *Marrubiu acquaticu o sia strigaredda d'acqua. Ucria l. c.*

In humidis, ad fossas et in paludosis communis.
Floret Julio Septembri.

Caules tetragoni, ascendentes vel erecti. Folia opposita ovato-lanceolata, inferiora petiolata, superiora subsessilia, grosse serrata, vel sinuato-serrata; interdum basi pinnatifida. Flores parvi, dense. Verticillati, verticillis axillaribus, superioribus approximatis, numerosis. Corolla alba, punctis rubris, calyce subæqualis.
Perennis.

## 7. ROSMARINUS.

18. *L. gen. p. 16. Juss. gen. p. 111. Lamk. ill. gen. tom. 1. p. 66. tab. 19. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 58. n. 95.*

*Calyx* apice compressus, tubulosus, 2-labiatus, labio superiore integro, inferiore bifido. *Corolla* bilabiata, labio superiore bipartito. *Filamenta* curva, simplicia cum dente.

Ord. nat. *Verticillatæ. L. ord. nat. n.* xlii. *Labiatæ. Juss. gen. p. 110. R. Brown prodr. p. 499. Dec. fl. franç.* iii. *p. 506.*

18. R. Officinalis. *L. sp. pl. 33. Ucria H. R. P. p. 41. Presl fl. sic. pr. p. 8. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 15. et supp. 1. p. 4. Bertol. fl. it. 1. p. 134. Desf. fl. atl. 1. p. 19. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 45.*

R. foliis sessilibus linearibus, margine revolutis, supra nitidis, subtus incanis.

R. spontaneus latiori folio. *Cup. H. Cath. p. 192.*

R. coronarium. *Cast. H. Mess. p. 20.*

Ic. *Sibth. et Smith fl. græc. t. 14.*

Ros. coronarium. *Dod. pemp. 272.*

N. It. *Ramerino. Rosmarino. Rosmarino coronario. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 90.*

N. Sic. *Rosamarina sarvaggia. Cup. l. c. Rosamarina Ucria l. c.*

In collibus aridis calcareis et in torrentium alveis. Floret Decembri Majo.

Suffrutex. Caules erecti, ramosi, ramis erectis, subtetragonis. Folia anguste linearia, obtusa, opposita, sessilia, supra nitida, viridia, sulco longitudinali notata, margine revoluto, subtus incana. Flores siti in ramulis ex axillis foliorum ortis, pedicellati, pedicellis incanis, bracteati, bracteis oblongis pedicello brevioribus. Calyces uti bracteæ incani. Corolla cœrulea, calyce subduplo longior, reliqua generis.

## 8. SALVIA.

*L. gen. p. 17. Juss. gen. p. 111. Lamk. ill. gen. 1. p. 67 t. 20. Röem. et Schutz syst. veg. 1. p. 58. n. 96.*

*Calyx* bilabiatus, labio superiore 3-dentato, inferiore bifido. *Corolla* ringens. *Filamenta* transverse pedicello affixa.

Ord. Nat. *Verticillatæ. L. ord. nat. n.* xlii. *Labiatæ. Juss. gen. p. 110. R. Brown prodr. p. 499. Dec. fl. franç.* iii. *p. 507.*

19. S. Triloba. *L. fil. supp. p. 88. Sibth. et Smith fl. græc. pr. 1. p. 14. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 19. et pl. rar. p. 8.*

S. foliis rugosis, petiolatis, subtripartitis, partitione media elongata, lateralibus parvis obtusis, calycis pilosi dentibus acutiusculis.

S. officinalis. *Ucria H. R. Pan. p. 42. non L.*

Ic. *Sibth. fl. græc. 1. p. 13. t. 17.*

N. It. *Salvia, Salvia sipilea, Salvia baccifera. Bertol. l. c.*

N. Sic. *Sarvia. Ucria l. c.*

In collibus calcareis.

*Ai Colli.*

Floret Aprili Majo.

Suffruticosa. Herba cano-tomentosa. Folia superiora sæpius integra, inferiora 3-5 raro 2-loba vel partita,

lobis partitionisve omnibus crenatis. Salviæ officinali affinis.

✠ 20. S. Viridis. *L. sp. pl. 34. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 14. Desf. fl. atl. 1. p. 20. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 17. Bert. fl. ital. 1. p. 138.*

S. foliis cordato-oblongis, obtusis, crenatis, calycibus fructiferis reflexis.

S. Horminum. *Ucria H. R. Pan. p. 42.*

Horminum purpureum, salviæ foliis ac sativi facie, viscosum. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 37.*

Ic. *Desf. fl. atl. 1. t. 1.*

Horminum subrotundo folio, flore cæsio hispanico. *Bocc. mus. rar. pl. p. 30. t. 13. Barr. icon. pl. t. 200.*

Horminum montanum purpureum, salviæfolium. *Cup. pamph. sic. 1. t. 241. et ex bibl. publ. 1. t. 18.*

N. It. *Gallitrico nudo. Bert. l. c.*

N. Sic. *Orminu. Ucria l. c.*

In collibus aridis.

*Falde di Monte Gallo presso Sferracavallo.*

Floret Aprili Majo.

Annua. Planta villosa, pilis sæpius apice capitatis. Caulis semipedalis et ultra, basi ramosus, tetragonus. Rami erecti vel ascendentes. Folia petiolata, cordato-oblonga, obtusa, rugosa, margine æqualiter crenata. Bracteæ romboideæ, calyce subæquales, basi appendiculatæ, appendiculis linearibus brevioribus. Verticilli subsexflori. Calyces apice compressi, nervosi, nervis villoso-ciliatis, bilabiati, labio superiore emarginato, triaristato, inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla rosea, calyce longior.

✠ 21. S. Verbenaca. *L. sp. pl. 35. Ucria H. R. Pan. p. 43. Desf. fl. atl. 1. p. 21. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 17. Bert. fl. ital. 1. p. 148.*

S. foliis cordato-ovatis, sinuatis, serratis, rugosis, verticillis remotis in spicas elongatas acutas, corollis calyce sublongioribus

Ic. *Mirb. in ann. du museum d' hist. nat. t. 15. p. 260. t. 15. fig. 6.*

Horminum sylvestre minus inciso folio flore azureo. *Barr. ic. 208.*

Horminum cœruleum Verbenæ folio viridi nitido. *Cup. pamph. 2. tab. 108. et ex bibl. pub. x. 2. tab. 212.*

N. It. *Chiarella minore. Targ. Tozz. ex Bert. l. c.*

Ad vias in montosis.

*Nella via che dal Parco conduce alla Piana dei Greci presso Rebottone*, sed satis rara.

Floret Majo Julio.

Perennis. Caulis erectus vel ascendens, pedalis et ultra, simplex, tetragonus. Folia radicalia et caulina inferiora cordato-ovata, vel ovato-oblonga, longe petiolata, rugosa, sinuato-serrata, acutiuscula. Folia caulina superiora opposita, cordato-ovata, acuminata, grosse dentato-serrata, sessilia. Spica simplex vel basi brachiata. Verticilli sub 5-flori, remoti, superiores approximati. Bracteæ ovato-acuminatæ, calyce dimidio breviores. Calyx villosus, nervosus, subcampanulatus, bilabiatus, labio superiore obovato, tridentato, dentibus parvis conniventibus, labio inferiore bifido, laciniis acutis, aristatis. Corolla dilute purpurascens, concolor, calycem parum excedens.

22. S. Multifida. *Sibth. et Smith fl. græc. pr. 1. p. 16. R. S. syst. veg. 1. p. 262. n. 160. Presl fl. sic. pr. p. 8. Bertol. fl. ital. 1. p. 149.*

S. caule subnudo, foliis oblongis, pinnatifidis, verticillis approximatis in spicas breves obtusas, corollis calyce subduplo longioribus.

S. clandestina. *Bert. amœn. ital. p. 74. n. 2. et*

*p. 238. n. 2. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 18. et suppl. 1. p. 5. excl. syn. L.*

Horminum sylvestre cœruleum betonicæ folio læviter lacerato. *Cup. H. Cath. p. 97. et*

Horminum humilius verbenæ foliis. *l. c.*

Gallitricum. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Ic. *Sibth. fl. græc. 1. p. 17. tab. 23.*

Horminum sylvestre inciso folio, coesio flore italicum. *Barr. icon. t. 220.*

Horminum sylvestre cœruleum folio oblongo rotundo. *Cup. pamph. 1. t. 230. et ex bibl. pub. t. 2. t. 49.*

Horminum sylvestre cœruleum verbenæ foliis pumilum et

Horminum sylvestre cœruleum betonicæ folio, læviter laciniato. *Cup. pamph. 2. tab. 134. et ex bibl. publ. 1. t. 54.*

β floribus albis.

Gallitricum vulgo flore albo. *Cast. l. c.*

N. It. *Salvia minore, Salvia precoce, ormino bicolore. Bert. fl. it. 1. p. 150.*

N. Sic. *Gentiligadda, e gentiligadda picciridda cu fogghi strazziati assai. Cup. H. Cath. p. 97.*

In campis aridis, ad vias, in collibus et in arenosis maritimis ubique. Var. β magis rara invenitur.

Floret Decembri Majo.

Species extricatu difficillima, et sub S. clandestina L. multis ab auctoribus recensita, sed S. clandestina herbarii Lin. a nostra planta diversa. Confer. *Guss. suppl. 1. p. 18. et Bert. fl. ital. 1. p. 151.*

Annua. Caulis pedalis, tetragonus, subsimplex, erectus. Folia glabra, rugosa, radicalia petiolata, elliptica, pinnatifida, laciniis obtusis crenatis, caulina remota, opposita, sessilia, vel breviter pedunculata, etiam pinnatifida, laciniis obtusis. Spicæ breves, obtusæ, basi sæpe ramosæ, ramis oppositis. Bracteæ cordato-ovatæ,

integræ, calyce dimidio breviores. Verticilli subsexflori, approximati. Flores breviter pedicellati. Calyx corolla dimidio brevior, 2-labiatus, labio superiore ovato, tridentato, dentibus conniventibus, inferiore bilobo, lobis acutis; multinervis, villosus, pilis apice glandulosis. Corollæ galea carinata, cœrulea, labium pallide cœruleum, trifidum, laciniâ mediâ maximâ, obtusâ, crenatâ, lateralibus brevibus, obtusis.

23. S. Sclarea. *L. sp. pl. 38. Ucria H. R. P. p. 43. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 17. et fl. græc. 1. p. 18. t. 25. Presl fl. sic. pr. p. 8. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 16. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 252. n. 134.*

S. hirsuta, foliis cordato-ovatis, rugosis, dentatis, bracteis concavis, coloratis, acuminatis, calyce longioribus.

Horminum sclarea dictum. *Cup. H. Cath. p. 97.*

Sclarea. *Cast. H. Mess. p. 21.*

Ic. *Sibth. fl. græc. 1. t. 25.*

N. It. *Erba d'agresto moscadello. Erba moscadella. Erba s. Giovanni. Erba scanderona. Salamanna salvatica. Scanderona. Scarlea. Scarleggia. Schiarea. Sclarea. Trippa di Dama. Trippa Madama. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 92.*

N. Sic. *Matricala. Ucria l. c. et Cup. l. c.* Cameratæ *Muscateddu* (ob odorem), Argyræ locisque propriis *Erba di Donna o di Madonna. Cup. l. c. Muscatiddina.*

In campis, in collibus et in humidiusculis frequens. Floret Majo Septembri.

Perennis. Caulis 1-2 pedalis, tetragonus, simplex vel ramosus. Folia cordato-ovata, vel cordato-oblonga, obtusiuscula, grosse inæqualiterque dentata, opposita, petiolata, superiora subsessilia. Verticilli approximati 3-6 flori. Bracteæ amplæ, concavæ, cordato-ovatæ, acu-

minatæ, ciliatæ, subroseæ, calyce longiores. Calyx subcampanulatus nervosus, bilabiatus, labio superiore tridentato, dentibus aristatis, inferiore bifido, laciniis aristatis. Corolla calyce subduplo longior, cœrulescens. Odor plantæ moschatum.

† S. Canariensis. *L. sp. pl. 38. Presl fl. sic. pr. p. 8. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 15.* foliis hastato-triangularibus, oblongis, crenatis, obtusiusculis, calycibus foliaceis coloratis, prope Panormum *ai Colli*, *a Mondello* et etiam *al bastione fuori porta Carini* proveniens, est species certe culta, ideoque a flora panormitana excludenda.

† S. Ceratophylloides. *L. mant. 16. Presl fl. sic. pr. p. 9. Bert. fl. ital. 1. p. 152. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 19.*

S. foliis pinnatifidis rugosis petiolatis, verticillis omnibus fertilibus hirsutis.

Ic. *Arduin. specim. alt. p. 12. t. 2.*

Sclarea verbenæ petalis purpurante flore. *Cup. pamph. 2. t. 186. et ex bib. pub. t. 1. tab. 213.*

N. It. *Salvia moscatella*, *salvia corno cervino.*

In Sicilia ex Cup. Presl, et Arduini sed nec a me prope Panormum, nec a cl. Gussonio in tota Sicilia hactenus inventa.

† S. Sylvestris. *L. sp. pl. 34. Ucria H. R. P. p. 43. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 20.*

S. foliis cordato-lanceolatis undulatis, biserratis, maculatis, acutis, bracteis coloratis, flore brevioribus.

In tota Sicilia abundat (*Ucria*). Sed vulgaris nomen *gentilgalla*, quem huic speciei ille tribuit, ad salviam multifidam potius pertinet, ideoque ex nomine vernaculo planta Ucriæ videtur multifida Sibthorpii.

† S. Verticillata. *L. sp. pl. 37. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 20. Bertol. fl. ital. 1. p. 154.*

S. foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, stylo labio corollæ inferiore incumbente.

Horminum purpureum, folio deltoide, calyculorum pendulorum petiolis longulis. *Cup. H. Cath. supp. alt. p. 37.*

Ic. *Poit et Turp. fl. paris. 1. t. 37.*

Horminum an purpureum folio deltoide, calycum pendulorum longiusculis petiolis. *Cup. pamph. tom. 2. t. 218. et ex bib. pub. 1. t. 247.*

N. It. *Ormino spurio.*

In Sicilia ex Cupanio.

## 9. FEDIA.

*Moench. meth. 486. Dec. fl. fr. IV. part. 1. p. 239. et mémoire sur les valér. p. 13. et prodr. syst. nat. IV. p. 630. Juss. in annal. du mus. t. 10. p. 311. Dufresn. hist. des valér. p. 54. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 339.*

Valerianæ species. *L. gen. p. 22. Guss fl. sic. prodr. 1. p. 24.*

*Cal.* limbus brevissimus, rectus. *Cor.* bilabiata, labio superiore bifido, inferiore trifido, tubo gracili, ecalcarato. *Stigma* bifidum. *Fructus* subfungosus, trilocularis, loculo grandiore fertili, 1-spermo, loculis duobus angustis sterilibus.

Ord. Nat. *Aggregatæ. L. ord. nat. n. XLVIII. Dipsaceæ. Juss. gen. p. 194. Valerianeæ. Dec. fl. franç. IV. p. 239. Dufresn. l. c.*

24. F. Cornucopia. *Vahl. en. 2. p. 19. Dec. fl. franç. IV. p. 240. et prodr. syst. nat. IV. p. 630. Presl fl. sic. prodr. p. 10. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 24. Bert. fl. it. 1. p. 182.*

F. foliis ovatis, nervosis, inferioribus pedunculatis subintegris, superioribus sessilibus dentatis, pedunculis fructiferis incrassatis.

Valeriana cornucopiæ. *L. sp. pl. 44. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 21. Desf. fl. atl. 1. p. 29.*

V. locusta. *Ucria H. R. Pan. p. 16.*

Valerianella echinata. *Cup. H. Cath. p. 227.* et

V. indica Clusii. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 92.*

Valer. minor, cornucopioides, rubra, hispanica. *Barr. icon. t. 741. f. 2.*

β floribus albis.

Valerianella echinata flore albo. *Cup. H. Cath. p. 227.*

Valeriana indica Clusii flore albo. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 92.*

Val. minor cornucopioides alba, indica. *Barr. icon. t. 741. f. 1.*

Ic. *Sibth. fl. græc. t. 32.*

N. It. *Erba cornocopia. Cornocopia rossa. Bert. l. c.*

N. Sic. *Lattuchedda modda o spezza quartara. Ucria l. c. Ervi moddi o cugni moddi.* Saccæ *inzalatedda di monaci. Cup. H. Cath. p. 227. Cugni moddi, ervi moddi,* aliis *rumpi quartara cu ciuri russi. Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 92.* Panormi vulgo *lattuchedda modda.*

In ruderatis, in collibus, et præcipue in cultis passim invenitur, sed etiam in pascuis montosis, et ad rupes- Var. β rara sed copiose legi *alla Pizzuta.*

Floret Januario Majo in depressis, et Aprili Julio in montosis.

Caulis erectus , striatus, ramosus , rami inferiores oppositi, superiores dichotomi. Folia inferiora ovata,

vel ovato-oblonga, obtusa, integra, vel subcrenata, nervosa, pedunculata, superiora sessilia, vel amplexicaulia, ovata, acutiuscula, dentata, nervosa, opposita. Pedunculi fructiferi incrassati. Bracteæ lanceolato-lineares. Flores fasciculati. Corolla rosea in α, alba in β, bilabiata, labio superiore bifido, inferiore trifido, laciniâ mediâ longiusculâ, laciniis omnibus obtusis. Stamina duo, corollæ tubo gracili longiora; antheræ nigricantes vel albæ. Stylus corolla subæqualis, stigma sæpius bifidum. Fructus subfungosus, utrinque unicostatus, apice tridentato.

## ORDO II.

### DIGYNIA.

---

#### 10. ANTHOXANTHUM,

*L. gen. pl. p. 18. Juss. gen. 29. Lamk. ill. gen. 1. p. 78. t. 23. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 61. n. 115. Palisot de Beauv. Agrost. p. 64. t. 12. f. 8.*

*Cal.* gluma bivalvis uniflora. *Cor.* gluma bivalvis, dorso valvarum aristato.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

25. A. Odoratum. *L. sp. pl. 48. Ucria. H. R. P. p. 47. Presl. Cyp. et gram. sic. p. 28. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 5. Bert. fl. it. I. p. 324.*

A. spica oblongo-cylindracea, calycis glumâ internâ aristam corollinam majorem æquante.

Gramen pratense spica flavescente. *Cup. H. Cath. 1. p. 87. et*

Gramen spica aurea, radice lotum odoratum redolente. *l. c. p. 90.*

Ic. *Host. gram. austr. 1. t. 5.*

Gramen alopecurum, spica glumosa lutea, villis crispis. *Barr. ic. t. 124. f. 1.*

Gramen spica aurea, radice redolente. *Cup. pamph. sic. 1. t. 21. et ex bibl. pubb. 1. t. 190.*

Gramen pomorum et meliloti redolens. *Bocc. mus. p. 67. t. 57.*

$\beta$ glumis calycinis pubescentibus. *Lois. notic. p. 7. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 287.* var. $\gamma$. *Guss. fl. sic. pr. 1. p. 21.* var. $\beta$.

N. It. *Palcíno. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 14. Palcíno odoroso. Savi fl. pis. 1. p. 23.*

N. Sic. Misilmerii *Gramigna cuttinigghia cu la spica chi vola cu lu ventu. Cup. H. Cath. p. 87. Gramigna odurusa chi vola cu lu ventu. Ucria l. c.*

In pascuis montosis communis simul cum varietate. Floret Martio Maio.

Perennis. Radix fibrosa. Culmi erecti 1-2 pedales, glabri, superne nudi. Folia 2-3 pollices longa, unam vel sequilineam et etiam tres lineas lata, plana, acuta, glabra vel pilòsa. Vaginæ glabræ, striatæ. Ligula linearis, lacera. Spica 1-2 pollicaris, terminalis, oblongo-cylindracea, raro interrupta, viridis vel flavescens. Valvæ calycinæ valde inæquales, interior subduplo longior, lanceolata, acuminata, utrinque glabra in $\alpha$, pubescens in $\beta$, viridis, trinervis, nervo dorsali, sive carinâ ciliolato-scabra, margine anguste membra-

naceo; exterior brevior ovata, acuta, uninervis, nervo viridi, margine late membranaceo, pellucido. Valvæ corollinæ æquales, apice albo-membranaceo, laceræ, villosæ, arista corallina major calycis valvam interiorem æquans. Filamenta exserta, alba, antheris luteis. Stigmata duo plumosa.

26. A. gracile. *Biv. stirp. rar. sic. man. 1. p. 3. Presl cyp. et gram. sic. p. 28. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 21. et suppl. 1. p. 5. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 288. Bert. fl. it. 1. p. 326.*.

A. culmo gracili, filiformi, spica brevi, pauciflorâ, calycis glumâ internâ aristâ corollinâ majori subduplo breviore.

A. ovatum? spica ovata, densa, vaginis glabris, foliis ciliatis. *Lagasca nov. gen. et sp. diagn. p. 2. n. 15.* Conferendum cum hac specie secundum *Röem. et Schultz syst. veg. 1. in add. et emend. p. 583.*

Ic. *Biv. l. c. t. 1. f. 1. Guss. fl. sic. t. 6.*

N. It. *Paleino barbuto. Bert. fl. it. 1. p. 326.*

In collibus aridis et in montosis frequens.

Floret Martio Aprili.

Annua. Radix fibrosa Culmi 2-5 pollicares, raro palmares, basi ramosi, inferne vaginis subventricosis tecti. Folia brevia, villosiuscula, ciliata, inferne stricta. Ligula lacera, linearis. Flores in spica brevi, pauciflora, terminali, geminati, quorum unus sessilis, alter vero breviter pedicellatus, pedicello piloso. Glumæ calycinæ glabræ, margine membranaceæ, inæquales, exterior duplo brevior univervis, interior trinervis apice brevissime aristata. Corollæ glumæ æquales, villosiusculæ, ferrugineæ, aristatæ, aristâ dorsali calyce duplo longiore, in medio geniculata. Nectarium bilobum, stamina et pistilla amplectens. Stigmata filiformia alba, staminaque exserta.

# CLASSIS III.

## TRIANDRIA.

## ORDO I.

## MONOGYNIA.

---

### 11. VALERIANELLA

*Moench. meth. p. 484. Dec. fl. franç.* IV. *p. 240. et mémoire sur les valerianées p. 10. et prodr. syst. veg.* IV. *p. 625. Dufresn. hist. des valer. 56. Juss. in annal. du museum d'hist. nat. 10. p. 309-310. Bert. fl. ital. 1. p. 183.*

Fediæ species. *Vahl. Gaert. Guss. Röem. et Schultz.*

*Cal.* limbus dentatus. *Corol.* 5-loba regularis, tubo ecalcarato. *Stigma* indivisum vel trifidum. *Fructus* submembranaceus, calycis limbo dentato coronatus, 2-3 locularis, loculis 1-2 sterilibus, 2-1 fertilibus.

Ord. Nat. *Aggregatæ. L. ord. nat.* XLVIII. *Dipsaceæ. Juss. gen. p. 194. Valerianeæ. Dec. fl. franç.* IV. *part. 1. p. 232. Dufres. l. c.*

27. V. Coronata. *Dufres. hist. des valer. p. 60. n.*

*11. Dec. fl. franç. p. 242. n. 3333. t. IV. part. 1. et prodr. syst. veg. IV. p. 628. Bert. fl. it. 1. p. 192.*

V. foliis lanceolatis, obtusis, dentatis, superioribus basi pinnatifido-incisis, floribus dense capitatis, fructu subtetragono villoso, corona cyatiformi intus villosa, 6-dentata, dentibus lanceolato-aristatis, aristis apice uncinatis.

Valeriana locusta γ coronata. *L. sp. pl. 48. Desf. fl. atl. 1. p. 30.*

Fedia coronata. *Vahl. enum. plant. vol. 2. p. 20.*

Valeriana coronata. *Will. sp. pl. vol. 1. p. 184. n. 28.*

Fedia sicula. *Guss. index seminum H. R. in Bocc. an. 1825. et prodr. fl. sic. 1. p. 25. et suppl. 1. p. 6.*

F. discoidea. *Jan. cat. p. 1.*

Valerianella semine scabiosæ, major, lusitanica. *Cup. H. Cath. p. 227.*

Valerianella altera tenuifolia semine scabiosæ stellatæ. *Col. ecph. 1. p. 207. t. 209.*

Ic. *Dufresn. loc. cit. tab. 3. f. 2.* Fedia sicula. *Guss. fl. sic. t. 8. f. 1.* ex ipso Gussonio.

Valerianella lignosa, scabiosæ semine stellato, pycnosphærocephalos. *Cup. pamph. 2. t. 191. et ex. bibl. pub. 1. t. 206.*

N. It. *Locusta canuta. Bert. l. c.*

In collibus aridis, in pascuis montosis, et in arvis haud communis.

Caulis erectus, simplex vel superne ramosus, a semipede ad pedem usque longus, basi paullulum pubescens. Rami dichotomi subnudi. Folia sessilia, lanceolata, dentata, opposita, inferiora obtusa, vel dentato-pinnatifida. Flores densè capitati in ramorum apicibus. Bracteæ adpressæ, ciliatæ. Corolla albo-rosea. Fructus villosus, subtetragonus, coronatus limbo calycis, foliaceo, cyatiformi, reticulato-venoso, intus vil-

loso, margine 6-dentato, dentibus lanceolatis, aristatis, aristis apice uncinatis.

28. V. Eriocarpa. *Desv. in Journ. de bot. 2. p. 314. Lois. notic. p. 149. Dufresn. hist. des valer. p. 59. Dec. mém. sur les valer. p. 22. et prodr. syst. nat. iv. p. 626. Bert. fl. ital. 1. p. 186.*

V. caule dictotomo, ramosissimo, foliis oblongis integerrimis, superioribus basi dentatis, fructu ovato, obselete costato, hispido, corona foliacea, oblique truncata, campanulata, inæqualiter sexdentata.

V. campanulata. *Biv. stirp. rar. manip. iv. p. 18.*

Fedia campanulata. *Presl fl. sic. pr. p. 11.*

F. eriocarpa. *Röem. et Schultz 1. p. 364. n. 16. Spreng. syst. veg. 1. p. 144. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 26.*

Valerianella pratensis floribus muscosis, cœrulescentibus, in planam amplamque umbellam sparsis. *Cup. H. Cath. p. 227.*

Valeriana arvensis, p æcox, humilior, semine depresso. *Cup. supp. alt. p. 91. et*

Eadem foliis dissectis. *Cup. supp. alt. p. 92.*

Ic. *Desv. l. c. t. 11. f. 2, Lois. l. c. t. 3. f. 2. et fl. gall. ed. 2. tom. 1. p. 25. tab. 23.*

Valerianella pratensis, floribus muscosis dilute cœrulescentibus gemmis purpureis. *Cup. pamph. ex bibl. pub. t. 1. tab. 32.*

N. It. *Locusta campanulata. Bert. l. c.*

N. Sic. *Cugni moddi di siccarizzu cu ciuriddi azzoli, fugghiteddi lunghiceddi sani. Cup. H. Cath. supp. alt. p. 91. et Cugni moddi di Siccarizzu cu xiuriddi azzoli, fugghiteddi lunghitti, un pocu intagghiati. l. c. p. 92.*

In arvis, in agris, et in ruderatis frequens.

Caulis pedalis, angulatus, ad angulos pilis deflexis scaber valde ramosus, dichotomus, ramis patentibus,

subfastigiatis. Folia radicalia spathulata, integerrima, caulina oblonga, amplexicaulia, basi dentata, vel dentato-pennatifida. Flores parvi, fasciculati, in ramorum apicibus cum flore solitario in dichotomia. Bracteæ adpressæ, lineares, basi dilatatæ, margine membranaceæ. Corolla rosea. Fructus loculi 2-steriles angustissimi, ovatus, hirsutus vel glaber, obsolete costatus, costis hispidis, setulis sursum versis, coronatus limbo calycis foliaceo, campanulato, oblique truncato, 6-7-dentato, dentibus erectis, inæqualibus.

29. V. Mixta. *Dufresn. hist. des valerian. p. 58. n. 7. t. 3. f. 6. Dec. prodr. syst. nat. IV. p. 627. Bertol. fl. ital. 1. p. 118.*

V. caule superne dichotomo, foliis oblongo-lanceolatis integerrimis, fructu conico, villoso, corona brevissima, oblique truncata, integra.

V. microcarpa. *Lois not. p. 151. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 27.*

F. mixta. *Vahl. enum. 2. p. 21. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 364.*

Valeriana mixta. *L. sp. pl. 48.*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 9. f. 1.*

β fructu glabro.

N. It. *Locusta irta. Bert. l. c.*

In arenosis et in herbidis maritimis.

Var. α *Bagheria a Catalfano, Sferracavallo*, var. α *et β Mondello.*

Stirps præcedenti similis.

Annua. Caulis 2-6 pollicaris superne parce ramosus, ramis dichotomis subfastigiatis, angulatus, angulis villosum, sed non scaber. Folia inferiora oblonga, vel spathulata, superiora opposita, lineari-lanceolata, raro basi dentata. Bracteæ lineares, acutæ, margine anguste membranaceæ. Flores in apice ramorum, cum flore solitario in dichotomia. Corolla parva, rosea. Fructus

ovatus, hirsutus, pilis incurvulis, vel glaber ut in var. *β*, angulatus, coronatus, corona brevissima foliacea, oblique truncata, integra.

Hujus speciei varietatem caule ramosissimo, superne dichotomo, pedali vel sesquipedali, foliis dentatis, fructu hirsuto, quæ est species a cl. Bert. l. c. descripta, inveni in stagnis montosis *Gurgo di Ddingoli*, in torrentium alveis *Fiume dei Ficarazzi*, et in collibus apricis *Scala del Mesagno*.

Floret Martio Aprili.

✠ 30. V. Carinata. *Lois. notic. p. 149. et fl. gall. ed. 2. tom. 1. p. 25. Dufresn. hist. des valer. p. 56. tab. 2. Dec. fl. franç. suppl. p. 492. et prodr. syst. nat. IV. p. 629. Bertol. fl. ital. I. p. 194.*

V. caule ramosissimo, dichotomo, foliis omnibus bracteisque oblongo-spathulatis, integerrimis, breviter ciliatis, fructu lineari, puberulo, coronato, antice longitudinaliter excavato, dorso tricolliculoso.

Fedia carinata. *Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 361. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 29. Ten. app. 5. p. 5.*

Ic. *Reich. cent. 1. p. 51. tab. 61. f. 123.*

N. It. *Locusta gallinella. Bert. l. c.*

In pascuis montosis.

*Monte Occhio. Renda. Pizzuta.*

Floret Aprili Majo.

Annua. Radix fusiformis, gracilis, parce ramulosa. Caulis basi ramosissimus, superne dichotomus, tetragonus, glaber, angulis puberulus, sed haud scaber. Rami subfastigiati. Folia omnia oblongo-spathulata, obtusa, sessilia, opposita, glabra, margine breviter ciliata. Bracteæ patulæ, oblongo-spathulatæ, obtusæ, unam vel sesquilineam latæ, tres-quatuor lineas longæ, floribus longiores, margine non membranaceæ, ciliatæ!, in descriptione Loiselleuri male haud ciliatas dicuntur. Flores capitati. Capituli laxi in ramorum apicibus cum

flore solitario in supremis dichotomiis. Corolla parva albida vel rosea, laciniis obtusissimis, antheræ albæ. Fructus linearis vel lineari-oblongus, puberulus, non glaber (ut ex Dec. et Bert. l. c.), antice longitudinaliter angusteque modo cymbæ excavatus, dorso a sulcis duobus longitudinalibus tricolliculosus, ecoronatus, obtusus, sub lente unidentatus, dente minimo. Intus loculi duo steriles loculo fertili minores.

✠ 31. V. Pumila. *Dec. fl. franç. IV. par. 1. p. 242. n. 3335. et prodr. syst. nat. IV. p. 628. Dufresn. hist. des valer. p. 57. n. 4. Ten. syll. p. 25. Bert. fl. ital. I. p. 190.*

V. caule superne dichotomo, foliis lanceolato-linearibus, subdentatis, superioribus basi pinnatifidis, bracteis lanceolatis, margine membranaceis, villoso-ciliatis, fructu glabro, subgloboso, antice umbilicato, dorso tricolliculoso, tridentato, dentibus brevissimis obtusis, dente medio longiore.

Valeriana pumila. *Willd. sp. pl. 1. p. 184.*

Fedia pumila. *Wahl. enum. 2. p. 21. Ten. syll. p. 23.*

Fedia sphærocarpa. *Guss. pl. rar. p. 14. et fl. sic. prodr. 1. p. 28. et suppl. 1. p. 6.*

Valerianella sphærocarpa. *Dec. prodr. syst. nat. IV. p. 628.*

Ic. *Guss. pl. rar. t. 4. f. 1.*

N. It. *Locusta umbilicata. Bert. l. c.*

In collibus apricis.

*Alla scala del Mesagno.*

Floret Aprili Majo.

Annua. Caulis erectus a tribus pollicibus ad pedem usque altus, villosiusculus, tetragonus, angulis levis, superne dichotomus. Folia lanceolato-linearia, obtusa, opposita, caulina inferiora et radicalia basi remote dentata, superiora sæpius basi pinnatifida, laciniis anguste

linearibus. Bracteæ patentes, lanceolato-acutæ, margine membranaceæ carinâque viridi villoso-ciliatæ. Corolla parva, rosea, laciniis obtusis. Genitalia exserta. Fructus subglobosus, glaber, antice excavatus, sive umbilicatus, apice tridentatus, dentibus obtusis, brevissimis, dente medio longiore. Loculi duo laterales vacui, loculo medio fertili ampliores.

## 12. CROCUS.

*L. gen. p. 25. Juss. gen. p. 59. Lamk. ill. gen. 1. tab. 30.*

*Spatha* 1-2 valvis. *Corolla* infundibuliformis, tubo longo, gracili, limbo sexpartito. *Stigma* trifidum, laciniis tubæformibus convolutis. *Capsula* trilocularis, trivalvis.

ORD. NAT. *ENSATÆ. L. ord. nat. n. VI. IRIDES. Juss. gen. p. 57. IRIDEÆ. Vent. tabl. 2. p. 188. R. Brown prodr. p. 302. SPATHACEÆ CORONARIÆ. Spreng. syst. veg. 1. p. 125.*

32. C. LONGIFLORUS. *Raf. carat. p. 84. Ten. syll. p. 27. n. 2. Guss. fl. sic. suppl. 1. p. 159. Bert. fl. ital. 1. p. 217.*

C. foliis subsinanthiis, linearibus, canaliculatis, margine revolutis, corollæ tubo longissimo, stigmate trifido incluso, laciniis apice multifidis staminum longitudine.

C. odorus. *Biv. man. 3. p. 8. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 30. Spreng. syst. veg. 1. p. 116. n. 13.*

C. vernus. *Ucr. H. R. Pan. p. 46.* ex loco.

C. autumnalis, monoflore majori, aphyllus, purpureus. *Cup. H. Cath. p. 61.*

C. sylvestris autumnalis. *Cast. H. Mess. p. 8.*

Ic. *Raf. l. c. t. 19. f. 2. Biv. l. c. t. 2. Flor. Panor. tab. 2.*

C. autumnalis monoflorus et biflorus, croci sativi flore accedente, remisse purpureo. *Cup. pamph. 1. t. 7.*

N. It. *Zafferano di Sicilia. Bert. l. c.*

N. Sic. *Zafarana sarvaggia. Ucr. l. c. Zafarana sarvaggia ad un xiuri senza fogghi. Cup. l. c.*

In pascuis montosis.

*S. Maria di Gesù. S. Martino. Monte Pellegrino. Ciaculli. Pizzuta. etc.*

Floret Octobri Decembri.

Bulbus solidus, parvus, nucis avellanæ magnitudine, tunicis fibroso-intertextis tectus, basi radiculas parvas fibrosas emittens. Vaginæ communes inferiores obtusæ, superiores acutiusculæ. Spatha monophylla obtusiuscula, 1-2 flora. Folia linearia, subsinanthia vel hysteranthia, demum elongata, sed flore semper breviora, margine revoluta, superne canaliculata. Flores dilute cœrulei. Corollæ tubus longissimus, limbus 6-partitus, laciniis oblongis vel obovatis, obtusis, tribus interioribus angustioribus. Stamina corollâ breviora, antheræ luteæ, sagittatæ. Stigma staminibus sublongius, tripartitum, laciniis croceis, tubæformibus, multifidis, margine involutis, odoratis.

Nomen specificum Rafinesquii præ illo Bivonæ admisi, quamvis alii botanici crocum odorum recognoverunt; nam Rafinesquii planta fuit anno 1810 evulgata et illa Bivonæ anno 1815.

## 13. ROMULEA.

*Maratt. Pl. Romul. et Saturn. p. 13. et fl. rom. I. p. 31. Sebast. et Maur. fl. rom. prodr. p. 11. n. 18. Bert. fl. it. I. p. 219.*

*Spatha* bivalvis, valva inferiore angustiore. *Corolla* campanulato-patens, tubo brevissimo, limbo sexfido. *Stigma* tripartitum, laciniis bifidis. *Capsula* oblonga, obtusa.

Triconema. *Ker. in ann. of. Bot. vol. 1. p. 222. Spreng. syst. veg. I. p. 126.*

Ixiæ species. *L. gen. pl. p. 26. Juss. gen. pl. p. 58. Lamk. ill. gen. I. t. 31. f. 1. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 31.*

Ord. Nat. *Ensatæ. L. ord. nat. VI. Irides Juss. gen. pl. p. 57. Irideæ. Vent. tabl. 2. p. 188. R. Brown prodr. p. 302. Spathaceæ Coronariæ. Spreng. syst. veg. I. p. 125.*

33. R. Bulbocodium. *Seb. et Maur. fl. rom. prodr. p. 17. Ten. mem. p. 116. Bert. fl. it. I. p. 220.*

R. foliis linearibus compressis, sulcatis, erectis recurvisque, scapo unifloro breviore, spathæ valva superiore late membranaceo-marginata, pistillo staminibus longiore.

Ixia Bulbocodium. *L. sp. pl. 51. Ucria H. R. Pan. p. 47. Desf. fl. atl. I. p. 34. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 25. Presl fl. sic. prodr. p. 11. Guss. fl. sic. prodr. 1 p. 31.*

Sisyrinchium minus angustifolium. *Cup. H. Cath. suppl. alt. 83.*

Ic. *Lamk. ill. gen.* 1. *t. 31. Jacq. ic. pl. rar. tom. 2. p. 6. t. 271.*

Sisyrinchium asprensium angusto folio alterum. *Columm. ecphr. 2. t. 7. f. 1.*

N. It. *Bulbocodio, fior bambagio, zafferano salvatico. Bert. l. c. Fior bambagia. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 57. Issia fior cuculo. Savi fl. pis. 1. p. 28.*

N. Sic. *Castagneddi, Castagnoli, Castagnari. Cup. l. c.*

Floret Februario Aprili.

Perennis. Bulbus parvus, ovatus, albus, tunicis fuscis membranaceis tectus. Vaginæ communes albæ, acutiusculæ. Folia primum recta, subinde recurva vel distorta, lineari-subulata, compressa, superne sulcata, scapo subduplo longiora. Scapus semiteres, plerumque uniflorus, raro biflorus. Spathæ valva inferior viridis, ovato-lanceolata, acuta, concava, margine membranaceo, superior brevior, acutiuscula, dorso viridi, margine late hyalino-membranaceo. Corolla pollicem longa, violacea vel pallide violacea, ungue luteo, numquam vidi concolorem. Laciniæ ejus lanceolatæ, acutiusculæ, tribus exterioribus, sublongioribus, variegatis, tribus interioribus cum lineis ternis purpureis longitudinalibus. Stamina pistillo breviora. Filamenta basi villosa. Stigma album, laciniato-sexfidum.

34. R. Linaresii Nob. (*).

R. foliis linearibus, compressis, sulcatis, recurvis, caule ramoso subtrifloro breviore, spathæ valva superiore late membranaceo-marginata, striata, corollis spatha subduplo longioribus, pistillo staminibus breviore.

(*) In honorem amicissimi Vincentii Linares literarum egregii cultoris, laudatorumque operum auctoris, hanc speciem dicavi.

Ic. *Flor. Panor. tab. 3.*
N. It. *Fior bambagio di Linares.*
N. Sic. *Castagnoli.*
In herbosis maritimis.
*Renella.*
Floret Martio Aprili.

Perennis. Bulbus ut in præcedente. Folia radicalia et caulina compressa, sulcata, semper reflexa vel distorta, caule multo longiora. Caulis brevis 2-3 pollicaris, ramosus, ramis alternis axillaribus cum vaginâ alba, lineari, acuta, plerumque triflorus sed etiam 2-4 florus. Spathæ valva inferior major, angustior, ovato-lanceolata, acuta, viridis, margine anguste membranaceo, valva superior fere ut in præcedente, ovata, obtusiuscula, margine late membranaceo cincta, striis rubris longitudinalibus, maculisque purpureis notata. Corolla fere magnitudine bulbocodii, purpurea, fauce atropurpureâ, laciniis lanceolatis acutiusculis, omnibus cum venis purpureis ramulosis usque ad apicem protractis, tribus exterioribus sæpe dorso viridibus sublongioribus. Stigma trifidum, staminibus brevius.

Species inter R. *bulcodium* et *ramifloram* media, differt ab illa præcipue caule ramoso et staminibus pistillo longioribus, et a *ramiflora* floribus majoribus, spathæque valva superiore late membrananaceo-marginata, et laciniis corollæ cum venis ramulosis usque ad apicem protractis.

35. R. Purpurascens. *Ten. mem. p. 117. n. 2. Bert. fl. ital. 1. p. 222.*

R. foliis linearibus compressis, sulcatis, rectis, scapo subunifloro breviore, spathæ valvis anguste marginatis, staminibus pistillo longioribus.

Ixia purpurascens. *Ten. fl. neap. 1. p. 13. Presl fl. sic. prodr. p. 11. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 31.*
Ic. *Ten. fl. neap. t. 3.*

N. It. *Fior bambagio porporino.*

In collibus et in pascuis apricis frequens.

Floret Martio Aprili.

Perennis. Bulbus subrotundus, albus, ciceri magnitudine, tunicis badiis vestitus, fibris subtus impositis. Scapus 2-3 pollicaris. Folia linearia, compressa, sulcata, recta, raro reflexa, florem longe superantia. Spathæ valvæ subæquales, ovato-lanceolatæ, acutæ, virides, striis rubris sub lente notatæ, margine perangusto cinctæ. Corolla 4-6 lineas longa, violacea, fauce citrina, laciniis lanceolatis, acutiusculis, æqualibus, tribus exterioribus dorso luteolis vel viridibus cum lineis atropurpureis ramulosis, interioribus violaceis, lineis fuscis longitudinalibus simplicibus notatis. Stamina pistillo paullulum superantia. Antheræ luteæ, filamenta albida, basi villosa. Stigma trifidum, laciniis bifidis.

Affinis romuleæ bulbocodio, sed floribus parvis, spathæ valva superiore margine perangusto membranaceo, et longitudine pistilli diversa.

36. R. Ramiflora. *Ten. in fl. neap. prodr. add. et emend. Bert. fl. ital.* 1. *p.* 223.

R. foliis linearibus compressis, sulcatis, rectis recurvisque, caule ramoso, breviore, spathæ valvis anguste marginatis, corollis spatham paullo superantibus, pistillo staminibus breviore.

Ixia ramiflora. *Ten. syll. p. 25. n. 4. Guss. fl. sic. suppl. 1. p. 7.*

Ic. *Ten. in act. Reg. Soc. Borb. ined. ex Guss. l. c.*

N. It. *Fior bambagio ramoso.*

In herbosis humidiusculis.

*Monreale. Sotto Baida. Mondello. Renella. Ficarazzi.*

Floret Martio Aprili.

Perennis. Bulbus ut in præcedente. Vaginæ communes albæ, acutiusculæ. Folia radicalia basi vaginantia, recta, vel recurva longissima, levia, compressa, sulcata,

linearia, acuta, caulina breviora. Caulis ramosus bitriflorus. Pedunculi semiteretes erecti, subinde reflexi. Spathæ valvæ totæ virides, oblongo-lanceolatæ, acutæ, margine perangusto membranaceo cinctæ, corollà paullulum breviores. Corolla pallide violacea vel albida, fauce citrina, laciniæ ejus longitudine æquales, lanceolatæ, acutæ, tres exteriores interne basi cum lineis tribus purpureis longitudinalibus simplicibus, quarum intermedia longior. Antheræ sagittatæ pistillum superantes. Stigma staminibus brevius.

37. R. Columnæ. *Seb. et. Maur. fl. rom. prodr. p. 18. Bert. fl. it. 1. p. 224.*

R. foliis subfiliformibus, compressis, sulcatis, rectis, recurvisque, caule ramoso breviore, spathæ valva superioriore late membranaceo-marginata, corollis spathâ subæqualibus, staminibus pistillum superantibus.

Ixia Columnæ. *Röem. et Schultz syst. veg. mant. 1. p. 278. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 32. et suppl. 1. p. 8.*

Ic. Sisyrinchium Theophrasti. *Columm. ecphr. 1. t. 327.*

N. It. *Fior bambagio minuto.*

In herbidis maritimis et in collibus frequens.

Floret Januario Februario.

Perennis. Bulbus parvus, ciceri magnitudine, albus, tunicis fusco-castaneis tectus, parvas radiculas fibrosas albidas emittens. Vaginæ albæ membranaceæ, acutiusculæ. Folia subulato-filiformia vel linearia, compressa, sulcata, sæpius recurva sed aliquando recta. Caulis ramosus, 2-5 florus, raro uniflorus, ramis sive pedunculis semiteretibus, in fructu incurvatis. Spathæ valvæ subæquales, ovato-lanceolatæ, acutæ, corolla breviores, virides, superior margine late albo-membranaceo-cincta, lineolis fuscis sub vitro notata, carinâ viridi vel purpureâ. Corolla pallide cœrulea vel alba, fauce citrinâ,

3-4 lineas longa, laciniæ ejus lanceolatæ, tres exteriores sæpe dorso virides vel carinâ tantum viridi, interiores breviores, omnes interne cum lineis tribus purpureis, quarum duo laterales breviores. Antheræ sagittatæ. Stigma trisectum, laciniis filiformibus bifidis, staminibus parum brevius. Capsula oblonga, obtusa, 5-6 lineas longa, sæpe cum linea longitudinali purpurea.

## 14. GLADIOLUS.

*Lin. gen. p. 26. Juss. gen. 58. Lamk. ill. gen. 1. t. 32.*

*Spatha* bivalvis, canaliculata. *Corolla* infundibuliformis, inæqualiter sexpartita, tubo curvo. *Stamina* ascendentia. *Stigma* tripartitum. *Capsula* ovata, trilocularis. *Semina* alata.

Ord. Nat. *Ensatæ. L. ord. nat. n. vi. Irides. Juss. gen. p. 57. Irideæ. Vent. tabl. 3. p. 188. R. Brown prodr. p. 302. Spathaceæ Coronariæ. Spreng. syst. veg. i. p. 125.*

38. G. Segetum. *Ait. H. Kew. ed. 2. vol. 1. p. 102. Röem. et Schultz syst. veg. i. p. 419. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 33.*

G. spicâ distichâ secundâ, corollæ laciniis tribus superioribus inæqualibus, supremâ majore a lateralibus, recessâ, tribus inferioribus æqualibus maculâ lineari-lanceolatâ albâ notatis, antheris filamento subæqualibus, seminibus subbaccatis deorsum productis.

G. communis. *Presl fl. sic. pr. p. 12. Desf. fl. atl. i. p. 35. Bertol. fl. ital. i. p. 227.*

G. Ludovicæ *Jan. elench. p. 1.*

G. floribus uno versu dispositis. *Cup. H. Cath. p. 85.*

Ic. *Reich. cent. 6. dec. 60. tab. 600. fig. 819.*

N. It. *Pancacciòlo. Gladiolo, Gigliarello, Monacuccia, Spadacciola, Spaderella, Succiamele. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 57.*

N. Sic. *Cutidduzzi di siminatu cu ciuri ad un latu. Cup. l. c. Cutidduzzi di siminatu, o spatulidda.*

Inter segetes et in arvis haud frequens.

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix bulbi duo superimpositi; inferior depressus, parvas radiculas fibrosas subtus emittens, superior orbicularis; solidi, albi, tunicis castaneis ex fibris parallelis compositis tecti. Caulis teres, erectus, simplex, semel vidi ramosum, 2-3 pedalis. Folia ensiformia, nervosa, acuminata, caule breviora, vaginantia, vaginis striatis, carinatis. Spica terminalis disticha, secunda. Flores recurvi, 6-10. Spathæ valvæ duo in quoque flore, acuminatæ, inæquales, valva exterior carinata, major, sed corollâ brevior. Corolla rosea, fauce alba. Limbi laciniæ tres superiores inæquales, distantes, lacinia superior oblonga, omnibus major, obtusa, a duobus lateralibus recedens: duo laterales angustiores, breviores obtusiusculæ. Laciniæ tres inferiores longiores æquales, oblongæ, obtusæ, maculâ albâ, longitudinali, lineari-lanceolatâ, margineque roseo-purpureo cinctâ notatæ. Antheræ filamentis sublongiores, nigricantes, polline luteo. Pistillum staminibus sublongius, stigmate albo-roseo tripartito. Capsula obtuse trigona.

39. G. Byzantinus. *Ait. Hort. Kew. ed. 2. tom. 1. p. 102. Röem. et Schultz. syst. veg. 1. p. 417. et mant. 1. p. 291. Spreng. syst. veg. 1. p. 153. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 32. Bert. fl. ital. 1. p. 289.*

G. spicâ distichâ laxâ, corollæ laciniis tribus su-

perioribus subæqualibus, obovatis, laciniâ supremâ lateralibus tectâ, tribus inferioribus maculâ albâ longitudinali lineari-lanceolatâ notatis, lateralibus angustioribus, antheris filamento subæqualibus, seminibus marginato-alatis.

G. communis. *Ucria H. R. Pan. p. 47.*

G. utrinque floridus. *Cup. H. Cath. p. 85.*

G. vulgaris flore purpureo. *Cast. H. Mess. p. 10.*

Ic. *Reich. cent. 7. dec. 65. p. 22. tab. 643. fig. 666. Guss. fl. sic. 1. t. 13.*

N. It. *Pancacciòlo siciliano, Pancacciòlo di Costantinopoli. Bert. l. c.*

N. Sic. *Cutidduzzi di siminati cu ciuri a tutti dui lati. Cup. l. c. Cutidduzzi. Ucria l. c. Cutidduzzi di siminati o spatulidda.*

Inter segetes et in arvis cum præcedente sed communior.

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix, folia, et caulis ut in gladiolo segetum. Spica terminalis, disticha, laxa. Flores præcedente majores, numerosiores, speciosi. Spathæ valvæ inæquales, margine anguste membranaceo, exterior carinata major. Corolla roseo-purpurea; tubo brevi incurvo. Limbi laciniæ tres superiores subæquales, obovato-oblongæ, basi angustatæ, obtusæ, conniventes, laciniâ supremâ lateralibus tectâ. Laciniæ tres inferiores longiores, laterales, angustiores, lineari-oblongæ, laciniâ mediâ oblongo-obovatâ, omnes maculâ albâ (non luteâ Bert. l. c.) lineari-lanceolatâ, margineque purpureo cinctâ in medio notatæ. Genitalia corollis breviora. Pistillum antheris sublongius. Stigma roseum, tripartitum, laciniis oblongis. Antheræ lineares, sagittatæ, virides, filamentis basi incrassatis subæquales. Semina marginato-alata.

40. G. Dubius. *Guss. fl. sic. pr. suppl. 1. p. 8.*

G. spicâ distichâ, secundâ, corollæ laciniis tribus

superioribus subæqualibus oblongis, laciniâ supremâ lateralibus tectâ, tribus inferioribus maculâ albâ lineari-lanceolatâ notatis, lateralibus laciniâ mediâ multo brevioribus, antheris filamento brevioribus, seminibus marginato-alatis.

Ic. *Guss. fl. sic. t. 12. bis.*

N. It. *Gladiolo dubbio.*

N. Sic. *Cutidduzzi di siminati o spatulidda.*

Inter segetes et in collibus mari finitimis.

*Bagheria presso Catalfano. Monte Gallo. Monte Pellegrino.*

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix bulbi duo gemini, superimpositi, tunicis castaneis ex fibris parallelis compositis tecti, subtus parvas radiculas fibrosas emittens. Vaginæ radicales striatæ, obtusæ, aphyllæ. Folia ensiformia, nervosa, acuminata, caulis longitudine vel parum illo breviora. Spathæ valvæ inæquales, apice atro-rubentes, exterior corollâ subbrevior, vel longior, aut longissima. Corolla rosea, laciniæ tres superiores æquales, obtusæ, subundulatæ, oblongæ, laterales lineâ longitudinali purpureâ basi plerumque notatæ, suprema subbrevior lateralibus tecta. Laciniæ tres inferiores obtusæ, lineâ albâ lineari-lanceolatâ longitudinali, valde inæquales, laterales breviores, angustiores, media duabus superioribus lateralibus æqualis. Filamenta alba antheris fusco-cœruleis longiora. Stigma trifidum roseum.

Species a gladiolo segetum toto cœlo diversa, et potius byzantino proxima, ideoque immerito a cl. Bertolonio ad suum gladiolum communem fuit relata.

## 15. IRIS.

*L. gen. p. 27. Juss. gen. p. 57. Lamk. ill. t. 33.*

*Spatha* bivalvis. *Corolla* sexpartita, tribus laciniis alternis reflexis, tribus erectis conniventibus. *Stylus* nullus. *Stigmata* tria, petaliformia, colorata. *Capsula* trivalvis, trilocularis.

Ord. Nat. *Ensatæ. L. ord. nat. n. vi. Irides. Juss. gen. p. 57. Irideæ. Vent. tabl. 2. p. 188. R. Brown prodr. p. 302. Spreng. syst. veg. 1. p. 126.*

* *Foliis ensiformibus a corollis barbatis.*

✠ 41. I. Florentina. *L. sp. pl. 55. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 26. Desf. fl. atl. I. p. 36. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 34. Bert. fl. ital. I. p. 231.*

I. caule subbifloro foliis altiore, floribus sessilibus, corollæ laciniis erectis oblongis.

I. hortensis, alba, Germanica. *Cup. H. Cath. p. 103.*

I. alba, vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 12.*

Ic. *Red. lil. t. 23.*

N. It. *Giglio bianco.*

N. Sic. *Spatulidda cu ciuri vrancu. Cup. l. c.*

In pascuis montosis.

*Santa Maria di Gesù.*

Floret Martio Aprili.

Perennis. Radix crassa, odorata, horizzontalis. Caulis teres, erectus, foliis longior, 2-3 florus. Folia ensiformia, pollicem vel sesquipollicem lata, striata, acu-

ta, vaginantia. Bracteæ concavo-ovatæ, glaucæ, obtusæ, margine scarioso, spathæ valvæ subæquales, cæterum bracteis similes. Flores albi, vix odorati. Corollæ tubus subteres, spathas superans. Laciniæ oblongæ, obtusæ, vix emarginatæ, tres reflexæ, basi flavide variegatæ, barbâ luteolâ, extus dorso virides; tres erectæ inflexæ, basi etiam flavide variegatæ, carinâ virides, stigmate subduplo longiores. Stigmata alba, bifida, carinata, laciniis acutis, integris.

42. I. Pumila. *L. sp. pl. 56. Biv. cent. 2. p. 32. Presl fl. sic. prodr. p. 12. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 34. Bert. fl. ital. 1. p. 235.*

I. caule brevi, unifloro, foliis breviore, corollæ laciniis reflexis angustioribus, tubo exserto.

β corollæ laciniis interioribus luteis, exterioribus sub apice purpurascentibus.

I. pumila. *Guss. l. c.* var. *c* discolor. *Bert. l. c.* var. δ. *Biv. l. c.* var. δ.

I. lutescens. *Guss. Cat. H. R. Bocc. p. 33. non Lamk.*

I. pseudo-pumila. *Tin. Cat. H. R. Pan. anno 1827. p. 283.*

I. lutea præcox, purpuro-rubro labello, magno, dimisso, margine luteo. *Cup. H. Cath. p. 103.*

Ic. I. lutea, labello purpureo-atro-rubente, margine luteo. *Cup. pamph. 2. t. 200. et ex. bib. pub. 2. t. 179. Bon. t. 17.*

N. It. *Giglio nano. Gigliuolo nano. Bert. l. c.*

In pascuis montosis apricis.

Var. α *Monte Cuccio, Bellampo, Pizzuta.* Var. β *S. Maria di Gesù, Parco, Pizzuta, Caputo, Monreale, S. Martino, Monte Cuccio, Billiemi, Catalfano.*

Floret Februario Aprili.

Perennis. Radix crassa. Folia ensiformia acuta, caule brevi longiora, vaginantia. Caulis dodrantalis uniflo-

rus. Spathæ valvæ inæquales, inflatæ, apice paulo membranaceæ. Flos grate olens. Corollæ tubus spathas superans, exertus. Corolla in α violacea, concolor, barbâ albâ, in β discolor, sive laciniæ obtusæ, tres reflexæ apicem versus purpurascentes, margine luteo, ungue luteo venis purpureis variegato, barbâ etiam luteâ; tres erectæ amplæ, totæ luteæ, basi venis purpureis elegantius pictæ, margine undulatæ. Stigmata lutea, corollâ duplo breviora, apice bifida, laciniis acutiusculis, serratis.

*b Corollis imberbibus.*

43. I. Pseudo-Acorus. *L. sp. pl. 56. Desf. fl. atl. 1. p. 37. Ucria H. R. Pan. p. 48. Guss. fl. sic. prodr. p. 55. Bert. fl. ital. 1. p. 236.*

I. caule alto, superne ramoso, multifloro, corollæ laciniis erectis, stigmate minoribus.

Iris palustris lutea, sive acorus adulterinus. *Cup. H. Cath. p. 103.*

Ic. *Red. lil. t. 235.*

N. It. *Acoro. Acoro adulterino, acoro falso. Calamo selvaggio. Giglio giallo, Iride gialla, Pseudacoro. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 56.*

N. Sic. *Acuru fausu, o spatulidda giarna.-Ucria l.c.*

In paludosis et ad ripas fluviorum.

*S. Ciro, Fiume Oreto, S. Martino, luoghi umidi sottostanti alla Pizzuta.*

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix repens. Folia ensiformia, radicalia caule subæqualia, caulina alterna breviora. Caulis teres, rectus, tripedalis, et ultra, ramosus; rami alterni axillares, inferiores remoti, superiores subbrachiati. Spathæ subtrifloræ valvæ oblongo-lanceolatæ, carinatæ, acutiusculæ, margine membranaceo. Flores inodori, lutei. Corollæ laciniæ tres reflexæ majores, ovatæ, acutæ, venis purpureis basi notatæ, laciniæ tres erectæ,

parvæ, stigmate minores, lineares, basi dilatatæ. Stigmata trifida (male a cl. Bertolonio bifida dicuntur), laciniis duobus lateralibus longioribus, acu is, serratis, laciniâ mediâ brevi, obtusa.

44. I. Foetidissima. *L. sp. pl. 57. Desf. fl. atl. 1. p. 38. Ucria H. R. Pan. p. 49. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 35. Bert. fl. ital. p. 238.*

I. caule alto uniangulato, superne ramoso, multifloro, corollæ laciniis interioribus erecto-patulis, stigmate longioribus.

I. agria, fœtida, vel Xiris. *Cup. H. Cath. p. 103.*

Ic. *Red. lil. t. 351.*

N. It. *Giglio de' morti. Iride salvatica, Ricottaria, Spatula fetida, Xiride. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 56.*

N. Sic. *Ricuttedda, Ricuttaria, o Ricotta cauda, spatulidda fetida. Cup. l. c. Spatulidda fetida o Ricuttaria. Ucria l. c.*

In sylvaticis et ad sepes.

*Parco. S. Martino.*

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix repens. Folia ensiformia, striata, vaginantia, 6-10 lineas lata, caule ut plurimum breviora: dum manibus contrectantur fœtidum odorem emittunt. Caulis erectus, uniangulatus, pedalis, sequipedalis et etiam bipedalis, superne ramosus, ramis brevibus, multifloris. Flores intra spatham longe pedunculati, inodori. Spathæ valvæ lanceolatæ, acutæ. Corolla pallide cœrulea, venis saturatioribus notata. Laciniæ tres exteriores stigmatibus subduplo longiores, patenti-recurvæ, oblongæ, ungue pallido. Laciniæ interiores oblongo-lanceolatæ, erecto-patulæ, flavæ. Stigmata bifida. Ovarium trigonum.

** *Foliis linearibus.*

45. I. Alata. *Poir. it. 2. p. 86. Lamk. dict. 3. p. 302. Biv. cent. 1. p. 44. Spreng. syst. veg.* 1. *p. 159.*

I. acaulis, foliis latis, carinatis, canaliculatis, corollæ laciniis minimis patentissimis, tubo longissimo.

I. scorpioides. *Desf. fl. atl.* 1. *p. 40. Presl fl. sic. prodr. 1. p. 12. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 36. Bert. fl. ital.* 1. *p. 241.*

I. verna. *Ucria H. R. Pan. p. 50.*

I. humilis, oporina, narcissi Jacobæi folio, cœrulea, odora, asphodeli radice et

Eadem angustifolia. *Cup. H. Cath. p. 103.*

I. humilis oporina, cœrulea, odora, asphodeli radice. *Cup. H. Cath. suppl. p. 42.*

Chamæiris. *Cast. H. Mess. p. 6.*

Ic. *Desf. fl. atl. t. 6. Red. lil. t. 211. Lamk. ill. gen. t. 23. f. 3.*

Iris autumnalis, purpurea, asphodeli radice. *Cup. pamph. 2. t. 250. et ex. bib. pub. 2. t. 189.*

Iris autumnalis, humilis purpurea, asphodeli radice et foliis. *Bon. t. 18.*

β flore albo.

Eadem alba, rarior, latifolia. *Cup. H. Cath. p. 103.*

Eadem flore lactei coloris. *Cup. H. Cath. suppl. p. 42.*

N. It. *Iride cipollaccia. Bertol. l. c.*

N. Sic. var. α *Gigghiu sarvaggiu viulettu,* o *Gigghiu di natali azzolu. Cup. H. Cath. p. 103. Rumpiquartara azzola. Cnp. H. Cath. suppl. p. 42.* var. β *Rumpiquartara vranca. Cup. H. Cath. suppl. p. 42.*

In arvis, in collibus, et in montosis ubique, var. β sat rara.

Floret Novembri Februario.

Perennis. Radix basi fasciculata, tuberibus fusiformibus, digiti minimi crassitie, fere ut in asphodelo ramoso, superne bulbosa, bulbo oblongo, tunicis scariosis tecto. Folia radicalia late linearia, acuminata, carinata, canaliculata, vaginantia, flore longiora. Flos odorus, lete cœruleus, raro duo, vel tres flores ex eadem radice. Spathæ valvæ lanceolatæ, acuminatæ, inæquales, membranaceæ. Corollæ tubus longissimus, spatham plerumque superans. Laciniæ tres amplæ, erectæ, oblongæ, obtusæ, basi angustatæ, variegatæ, cum lineâ luteâ longitudinali. Tres minimæ sublineares patentissimæ. Stigmata grandia, bifida, laciniis serratis. Ovarium obtuse trigonum.

46. I. Tuberosa. *L. sp. pl. 58. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 28. Ucria H. R. Pan. p. 49. Cast. H. Mess. p. 12. Biv. cent. 2. p. 84. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 37. Presl fl. sic. prodr. p. 13. Bertol. fl. ital. 1. p. 243.*

I. radice tuberosa, caule unifloro, foliis tetragonis breviore.

I. tuberosa folio anguloso. *Cup. H. Cath. p. 103.*

I. tuberosa, rubro-atropurpurea, anguloso folio, tuberulis binis oblongis, terminate minutis. *Cup. H. Cath. suppl. p. 43.*

I. tuberosa, rubro-atropurpurea, anguloso folio, tuberibus oblongis et

Eadem tuberulis brevioribus, crassioribus. *Cup. suppl. alt. p. 2.*

Ic. *Red. lil. t. 48.*

N. It. *Bella vedova, Bocca di lupo, Ermodattilo vero, Iride vellutata, Iride pavonazza. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 125.*

N. Sic. *Ermodattilu. Ucria l. c.*

In collibus et in sylvaticis.

*Monreale.*

Floret Martio Aprili.

Perennis. Radix tuberosa, tuberibus 2-3 oblongis, albis, cum fibris subtusimpositis. Vaginæ radicales striatæ, albæ, membranaceæ, acutæ, basim caulis foliorumque obtegentes. Folia tetragona, acuta, vaginantia, caule longiora. Caulis pedalis, erectus, uniflorus. Spathæ valvæ inæquales, inferior major, foliaceæ, acuminatæ, margine membranaceæ. Flos intra spatham longe pedunculatus, in caulis apice. Corollæ laciniæ tres majores, oblongæ, fusco-violaceæ, sub ungue luteæ, tres minores erectæ, lanceolato-lineares, apice longe cuspidatæ. Stigmata viridia, bifida, laciniis acuminatis, subdentatis.

47. I. Sisyrinchium. *L. sp. pl. 59. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. p. 28. Desf. fl. atl. 1. p. 38. Ucria H. R. Pan. p. 49? Biv. cent. 2. p. 33. Presl fl. sic. prodr. p. 12. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 36. Bert. fl. ital. 1. p. 244. Parl. oss. bot. nel giorn. di sc. lett. ed arti per la Sicilia fasc. 196.*

I. radice bulbosa, bulbo tunicis fibroso-reticulatis tecto, foliis linearibus, canaliculatis, caule longioribus, corollæ laciniis erectis, angustis.

I. fugax. *Ten. fl. neap. 1. p. 15. t. 4.*

I. involuta. *Garzia nelle effemeridi scientifiche e letterarie per la Sicilia fasc. 34. dic. 1834. p. 286.*

I. zelantea. *Lett. di Lion. Vigo a Francesco Arrosto nello Spettatore Zancleo.*

Sisyrinchium medium. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 83.*

S. majus. *Cast. H. Mess. p. 45.*

Ic. *Sibth. fl. græc. t. 42.*

β floribus albis.

Idem flore candido. *Cup. l. c.*

N. It. *Iride noce di terra.*

N. Sic. *Spatulidda frustera. Ucria. l. c.* var. α.

*Lazzu di poviromu cu ciuri azzolu. Cup. l. c. et* var. *β Lazzu di poviromu cu ciuri vrancu. Cup. l. c.*

In arvis, in collibus, et in campis maritimis ubique.

Floret Aprili Majo.

Perennis. Bulbus solidus, albus, globosus, solitarius, vel cum alio superimposito, tunicis fuscis fibroso-reticulatis tectus. Folia linearia, canaliculata, arcuatim flexuosa, recurva, vel contorta, vaginantia, caule multo longiora. Caulis teres, dodrantalis, et aliquando pedalis, erectus, subflexuosus, uni vel multiflorus. Spathæ valvæ albo-membranaceæ, oblongo-lanceolatæ, striatæ, acuminatæ. Corollæ tubus filiformis, longissimus. Laciniæ tres majores reflexæ, spathulatæ, obtusæ, maculâ luteâ in medio notatæ, tres erectæ, angustiores, lanceolatæ, obtusæ, stigmate breviores. Stigmata profunde bifida, laciniis acuminatis. Antheræ albæ. Flores parvi, cœrulei, raro albi ut in *β*.

## 16. SCHOENUS.

*L. gen. p. 29. Juss. gen. p. 27. Lamk. ill. gen.* I. *t. 38.*

*Calyx* glumæ 1-valves, distichæ, imbricatæ, carinatæ, inferiores steriles, superiores fertiles majores. *Corolla* nulla. *Nucula* basi sæpe setosa.

ORD. NAT. *CALAMARIÆ. L. ord. nat. n. 3. CYPEROIDES. Juss. gen. p. 26. CYPERACEÆ. Dec. fl. franç. 3. p. 99. R. Brown prodr. p. 212. Presl cyp. et gram. siculæ p. 12.*

48. S. MUCRONATUS. *L. sp. pl. 63. Sibth. et Smith*

*fl. græc. prodr.* 1. *p.* 38. *Desf. fl. atl.* 1. *p.* 41. *Biv. cent.* 1. *p.* 71. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 38.

S. culmo tereti nudo, foliis recurvis linearibus, canaliculatis, involucro subtriphyllo, inæquali, capitulis multo longiore, spiculis fasciculatis.

Mariscus mucronatus. *Presl fl. sic. prodr. p.* 13. *et gram. et cyp. sic. p.* 12.

Ic. *Host. gram. austr.* 4. *t.* 78.

Cyperus marinus, compacta eleganti panicula obsolete coccinea. *Cup. pamph.* 1. *t.* 104. *et* 2. *t.* 14. *et ex. bib. pub.* 1. *t.* 124. *et* 2. *t.* 214.

Cyperus radice longa, odora, angustifolius in umbella trifolius. *Bon. t.*12.

*β nanus*, culmo 1-2 pollicari.

N. It. *Giunco ciperaceo. Bert. l. c. Scheno marino. Savi fl. pis.* 1. *p.* 38.

In arenosis maritimis.

*Mondello. Fondachelli.* var. *β Fondachelli.*

Floret Majo Octobri.

Perennis. Radix repens, stolonibus ascendentibus, obductis tunicis fuscis vel purpureis, striatis, acutis. Culmus solitarius teres, pennæ anserinæ crassitie, striatus, erectus, pedalis, inferne foliosus. Folia linearia, acuta, mucronata, canaliculata, culmo breviora, primum recta, subinde recurvata, vaginantia, vaginis striatis margine membranaceis. Semel vidi folium in apice culmi. Involucrum ut plurimum triphyllum sed etiam 5-6 phyllum, foliolis inæqualibus, linearibus, mucronatis, canaliculatis, basi dilatatis, capitulos valde superantibus. Spiculæ fasciculatæ in capitulum subglobosum, fuscæ vel purpureæ, lanceolatæ. Glumæ distichæ, ovato-lanceolatæ, nitidæ, compressæ, mucronatæ, margine albo-membranaceæ. Nucula nuda, trigona, fusca.

49. S. Nigrigans. *L. sp. pl.* 64. *Ucria H. R. Pan. p.* 50. *Desf. fl. atl.* 1. *p.* 41. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 38. *Bert. fl. ital.* 1. *p.* 248.

S. culmo tereti, nudo, foliis lineari-subulatis, rectis, involucro diphyllo inæquali, foliolo majori spiculis capitato-fasciculatis longiore.

Mariscus compressus. *Presl fl. sic. prodr. p. 13. et cyp. et gram. sic. p. 12.*

Ic. *Lamk. ill. gen. t. 38. f. 1.*

Juncus cyperoides, cristata panicula, nigra. *Cup. pamph. 1. t. 104. et 2. t. 111. et ex. bib. pub. 1. t. 124. et 2. t. 214. Bon. t. 12.*

β *recurvus*, foliis irregulariter apice recurvis. *Guss. l. c.*

N. It. *Giunco nero. Bertol. l. c. Scheno nerastro. Savi fl. pis.* I. *p. 38.*

N. Sic. *Juncu cu simenza di miliunsoli. Ucria l. c.*

In paludosis et in inundatis maritimis passim occurrit. var. β *Boccadifalco* et *a S. Martino.*

Perennis. Radix fibrosa. Culmi dense cæspitosi, teretes, erecti, striati, pedales aut sesquipedales, basi vaginis foliorum nigricantibus obducti. Folia anguste linearia, acuminata, culmo breviora, supra canaliculata, margine scabra. Ligula brevissima. Involucrum diphyllum, foliolis inæqualibus, concavis, ovatis, emarginatis, fuscis vel nigricantibus; foliolum minus, capitulis subæquale, majus subtriplo longius. Spiculæ in capitulum ovoideum congestæ, nigricantes, lanceolatæ, compressæ, glumis imbricatis lanceolatis, carinatis, inferioribus sterilibus.

## 17. CYPERUS.

*L. gen. p. 29. Juss. gen. p. 27. Lamk. ill. gen.* I. *t. 38.*

*Calyx* glumæ 1-valves, distichæ, imbricatæ, duo

inferiores steriles. *Corolla* nulla. *Stigmata* duo-tria. *Nucula* nuda.

Ord. Nat. *Calamariæ. L. ord. nat. n. III. Cyperoides. Juss. gen. p. 26. Cyperaceæ. Dec. fl. franç. III. p. 99. R. Brown prodr. p. 212. Presl gram. et cyp. sic. p. 13.*

50. C. Mucronatus. *Vahl. en. 2. p. 306. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. I. p. 32. Presl fl. sic. pr. p. 14. et cyp. et gram. sic. p. 13. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 40. et suppl. 1. p. 9. Bert. fl. ital. I. p. 255.*

C. spiculis subgeminis, sessilibus, involucro diphyllo, altero brevissimo, culmo basi subtereti, superne triquetro.

C. distachyos. *Willd. sp. pl. part. 1. p. 272. All. auct. p. 48. tab. 2. f. 5. Biv. cent. 1. p. 30.*

Ic. C. junciformis. *Cav. ic. n. 223. t. 204. f. 1. Desf. fl. atl. I. p. 42. t. 7. f. 1.*

Juncellus cyperi paniculis binis vel ternis nigris. *Cup. pamph. 2. t. 123. et ex. bib. pub. 2. t. 165.*

Juncus fistulosus sterilis. *Cup. pamph. 1. t. 233.*

In humidis et in paludosis.

*A Villabate.*

Floret Majo Septembri.

Perennis. Radix repens. Culmus erectus, inferne subteres, superne triqueter, subpedalis, striatus, basi vaginatus, vaginis aphyllis; vagina superior abit in folium lineari-subulatum, supra canaliculatum, culmo valde brevius. Involucri diphylli foliolum unum erectum, spiculis subduplo longius, alterum vero brevissimum, unam lineam fere longum. Spiculæ sæpe duo vel tria, raro 5-6, sessiles, erectæ, lanceolatæ, acutiu-

sculæ, compressæ. Glumæ distichæ, ovatæ, acutæ, canâ viridi, utrinque ferrugineæ, sub lente punctulatæ.

51. C. Flavescens. *L. sp. pl. 68. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 31. Desf. fl. atl.* I. *p. 46. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 41. Bert. fl. ital.* I. *p. 261.*

C. umbella subsimplici, involucro triphyllo umbellis longiore, spiculis lineari-lanceolatis, (flavescentibus) glumis obtusis, nucula subtriquetra.

Gramen cyperoides minus panicula subflavescente. *Cup. H. Cath. p. 91.*

Ic. *Sibth. fl. græc.* I. *p. 33. t. 47. Poit. et Turpin fl. paris. tab. 74.*

N. It. *Bottoncino. Bertol. l. c. Cipero giallognolo. Savi fl. pis.* I. *p. 41.*

N. Sic. *Zipareddu.*

In uliginosis, in palustribus, ad fossas et ad fluviorum ripas copiose occurrit.

Floret Julio Septembri.

Perennis. Radix fibrosa, albida. Culmi in densos cœspites congesti, erectiusculi, triquetri, subpedales, et etiam in fertilibus sesquipedales. Folia linearia, acuta, culmos basi vaginantia, culmis parum breviora, margine dorsoque scabriuscula. Involucri foliola plerumque tria, inæqualia, linearia, margine ciliolato-scabra, umbellis semper longiora. Umbella subsimplex terminalis 3-5 radiata. Ochreæ truncatæ, purpureæ. Spiculæ pedunculatæ vel sessiles, flavescentes, lineari-lanceolatæ, obtusæ, dimidiam lineam fere latæ, 3-5 lineas longæ, compressæ, 12-36 floræ. Glumæ obtusæ, ovatæ, nitidæ, concavo-compressæ, carinatæ, carinâ viridi, scabriusculâ. Stylus bifidus. Nucula parva, obtuse triquetra, nigra, sub lente punctulata.

52. C. Fuscus. *L. sp. pl. 69. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. 32. Ucria H. R. Pan. p. 51. Desf.*

*fl. atl.* I. *p.* 47. *Guss. fl. sic. pr.* 1. *p.* 41. *Bert. fl. ital.* I. *p.* 263.

C. diandrus, umbella subcomposita, involucro triphyllo umbellis longiore, spiculis lineari-lanceolatis, (fuscis) confertis, glumis acutiusculis, nucula acuta triquetra.

C. diandrus. *Biv. ined.*

Gramen cyperoides minus, panicula sparsa nigricante. *Cup. H. Cath. p.* 91.

Ic. *Host. gram. austr.* 3. *tab.* 73.

N. It. *Giunco nero. Bertol. l. c.*

N. Sic. *Zipareddu.*

In humidis, et in paludosis ubique.

Floret Julio Septembri.

Annuus. Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, triquetri, erecti, pedales vel sesquipedales, sed etiam 3-5 pollicares inveni prope flumen Oretum et *a S. Ciro*. Folia ut in præcedente. Involucri foliola ut plurimum tria, longitudine inæqualia, umbellis ex umbellulis sessilibus pedunculatisque compositis longiora. Ochreæ laxæ, truncatæ, albido-flavescentes. Spiculæ anguste lineari-lanceolatæ, acutæ, compressæ, e fusco-purpureæ. Glumæ acutiusculæ, oblongæ, carinâ virides. Stamina duo .Stylus simplex. Nucula alba, acute triquetra.

53. C. Olivaris. *Targ. Tozz. in mem. della Soc. Ital. delle scienze tomo* 13. *part.* 2. *p.* 338. *Savi Bot. Etrus.* 2. *p.* 29. *Bertol. fl. ital.* I. *p.* 267.

C. radice repente, tuberibus subzonatis, umbella supradecomposita, involucro subtetraphyllo umbellis longiore, spiculis linearibus, acutis, glumis nervosis obtusis, nuculâ acute triquetrâ.

C. rotundus. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 42. *et suppl.* 1. *p.* 10. *Dec. fl. franç.* III. *p.* 146. *n.* 1803. *et* V. *p.* 301. *Röem. et Schultz syst. veg.* 2. *p.* 198. *non L.*

C. tetrastachys. *Ten. fl. neap. prodr. suppl. p. 45. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 14.*

C. radicosus. *Sibth. et Smith fl. græc. 1. p. 32. tab. 45.*

C. rotundus inodorus, Germanicus. *Cup. H. Cath. p. 64.*

C. rotundus vulgaris. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 16. f. 1. et 2.*

N. It. *Cipero olivare, Ghianda della terra, Scialino, Uliva di padule, Zizzole terrestri, Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 42.* Vulgo *Radichella, Sgarzella. Seb. et Maur. fl. Rom. prodr. p. 22.*

N. Sic. *Ziparedlu cu la radici fili fili, e nuzzuliddi nuzzuliddi. Cup. l. c. Zipareddu.*

Ad vias, in cultis, in arvis nihil communius.

Floret Julio Novembri.

Perennis. Radix repens, fibris constans ramulosissimis, et sparsa tuberibus oblongis, obsolete zonatis, inter se remotis, duris, amaris, odoratis, non edulibus ut in cypero esculento. Culmus pedalis, sesquipedalis, et etiam bipedalis, acute triqueter, striatus, basi tantum foliosus. Folia numerosa, vaginantia, culmo breviora, interdum subæqualia, 1-2 lineas lata, acuta, carinata, margine carinâque scabra. Involucrum 3-5 phyllum, foliolis inæqualibus, foliis culmi similibus, umbellà subæqualibus, uno vel altero foliolo longiore. Umbella supradecomposita, terminalis, 4-10 radiata, radiis inæqualibus, longioribus tripollicaribus. Ochreæ truncatæ, pallidæ, basi purpureæ. Spiculæ lineares, acutæ, a tribus lineis ad pollicem usque longæ, 6-40-floræ, compressæ, spadiceæ, alternæ, remotiusculæ. Glumæ oblongæ, compressæ, carinatæ, carinà viridi, utrinque nervosæ, margine scarioso, albido, obtusæ sed cum acumine. Stigma trifidum. Nucula glabra, acute triquetra.

Cyperus rotondus herbarii Linnæi species est ab

hac longe aliena; at cyperus olivaris Targ. ad nostram plantam certe spectat. Confer. cl. Guss. *fl. sic. pr. suppl. 1. p. 10.*

54. C. Badius. *Desf. fl. atl. 1. p. 45. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 44. et suppl. 1. p. 10. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 203. Spreng. syst. veg. 1. p. 225.*

C, umbella composita, involucro subtriphyllo umbellâ multo longiore, spiculis lineari-lanceolatis acutis (badiis) paucifloris, confertissimis.

C. longus var β *glumis castaneo-fuscis. Bert. fl. ital. 1. p. 270.*

Ic. *Desf. l. c. t. 7. f. 2.*

β spiculis abbreviatis, paucifloris (4-10 floris) subteretibus. *Guss. l. c.*

C. brachystachys. *Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 15.*

Copiose provenit in uliginosis, palustribus, et humidis.

Floret Majo Augusto.

Perennis. Radix repens, aromatica, stolonibus tectis squamis obtusis, rufis, striatis. Culmus sesqui-bipedalis, erectus, triqueter, striatus. Folia radicalia plura, linearia, 1-2 lineas lata, acuta, culmo passim breviora, vel quandoque subæqualia , striata , carinata , carinâ margineque scabra. Involucrum ut plurimum triphyllum, sed etiam tetraphyllum, foliolis inæqualibus, duobus sæpe umbella multo longioribus, uno vel altero subæquali. Umbellæ radii 5-7, glabri, striati, graciles, longitudine inæquales, alii simplices, alii ramosi, et sub divisione bracteolâ præditi. Spiculæ fusco-castaneæ, vel ferrugineæ, confertissimæ, breves, 2-4 lineas longæ, $^1/_2$ lineam latæ, lanceolatæ, acutæ, primum teretiusculæ, subinde compressæ 6 - 14 floræ. Glumæ obtusiusculæ, carinatæ, utrinque nervosæ, margine angu-

sti ssimo albido. Stigma trifidum, laciniis longissimis, albis.

A cypero longo L., cui conjungitur a cl. Bertolonio, potissimum differt umbellæ radiis abbreviatis, minusque compositis, spiculis badiis brevibus, paucifloris, dense aggregatis.

55. C. Tenuiflorus. *Rotb. gram. 30. Presl fl. sic. prodr. p. 15. et cyp. et gram. sic. p. 15. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 45. et suppl. 1. p. 10. Röem. et Schultz syst. veg. 1. p. 205.*

C. umbella composita, involucro subtriphyllo umbellâ multo longiore, spiculis laxe approximatis, linearibus, (spadiceis) multifloris.

C. longus var. *β glumis castaneo-fuscis. Bertol. fl. ital. 1. p. 270.*

Ic. *Jacq. ic. rar. 2. t. 296.*

Ad fossas, in paludosis, et ad fluviorum margines frequens.

Floret Julio Octobri.

Perennis. Umbellæ radii subseptem, filiformes, erecto-patentes, inæquales, 1-3 pollicares fere ut in cypero badio. Spiculæ 2-8 distichæ, 16-40 floræ, inter se remotiusculæ, sive laxe approximatæ, spadiceæ, obtusiusculæ, lineares, 6-12 lineas longæ, sed etiam sesquipollicares ut in speciminibus prope flumen Oretum lectis inveni. Glumæ obtusæ, utrinque nervosæ, carinatæ, margine albido. Nucula acute triquetra. Spicularum characteribus præsertim ab affini badio differt.

56. C. Longus. *L. sp. pl. 67. Desf. fl. atl. 1. p. 43. Ucria H. R. Pan. p. 50. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 45. Bertol. fl. ital. 1. p. 269. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 204.*

C. umbella supradecomposita, involucro subtetraphyllo, radiisque umbellæ longissimis, spiculis distan-

tibus, linearibus, alternis, compressis, (spadiceis) multifloris.

C. odoratus radice longa, sive cyperus officinarum. *Cup. H Cath. p. 64.*

C. longus. *Cast. H. Mess. p. 36.*

Ic. *Jacq. ic. rar. 2. t. 297.*

N. It. *Cipero cunzia. Savi fl. pis.* I. *p. 40. Cipero, Cipero lungo, Cipero odorato, Cunzia, erba padulina, Giunco quadrellato, Quadrelli, Scialino qaadrellato. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 42.*

N. Sic. *Juncu odoratu, o juncu marinu. Ucria l. c.*

Ad fluviorum margines.

*Fiume Oreto (Bivona).*

Perennis. Radix repens, extus rufa, intus alba, aromatica. Culmus 2-4 pedalis, glaber, acute triqueter, basi foliosus. Folia 2-3, lineas lata, pedalia, culmo semper breviora, carinata, margine et carinâ scabra. Involucri foliola 4-6 longitudine inæqualia, pedalia et etiam sesquipedalia, umbellà longiora. Ochreæ subpollicares, truncatæ, striatæ. Umbellæ supradecompositæ radii 5-8, erecti, longissimi, subpedales, graciles, plerumque ramosi. Spiculæ subsessiles, inter se distantes, pollicares, 1-lineam latæ, acutiusculæ, 10-30 floræ, spadiceæ. Glumæ obtusæ, oblongæ, carinâ viridi, margine membranaceo. Stigma trifidum. Nucula triquetra nigra.

## 18. ELEOCHARIS.

*R. Brown prodr. p. 224. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 3. Link H. reg. Berol. descript. 1. p. 286. Presl. cyp. et gram. sic. p. 17. Bert. fl. ital.* I. *p. 305. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 3.*

*Calyx* glumæ 1-valves, imbricatæ. *Corolla* nulla. *Stylus* basi dilatatus persistens. *Nucula* sublenticularis sæpe setis hypoginis 4-12 cincta.

Scirpi species. *L. gen. p. 30. Dec. fl. franç.* III. *p. 133. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 47.*

Ord. Nat. *Calamariæ. L. ord. nat. n.* III. *Cyperoides. Juss. gen. p. 26. Cyperaceæ. Dec. fl. franç.* III. *p. 99. R. Brown prodr. p. 212. Presl gram. et cyp. sic. p. 17.*

57. E. Palustris. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 151. Presl cyp. et gram. sic. p. 17. Bertol. fl. ital.* I. *p. 305.*

E. radice repente, vaginis aphyllis, truncatis, culmi subteretibus, spica oblonga, glumisque aciutiusculis, nucula glabra.

Scirpus palustris. *L. sp. pl. 70. Desf. fl. atl.* I. *p. 47. Ucria H. R. Pan. p. 51. Guss. fl. sic.* I. *p. 47.*

Juncus capitulis equiseti, major. *Cup. H. Cath. p. 104.*

Ic. *Lamk. ill. gen. t. 38. f. 1.*

β *minor* capitulis abbreviatis, spica ovata, brevi, pauciflora.

Ic. *Guss. fl. sic. t. 18. f. 1.*

N. It. *Cavolaja, giunco d'acqua, giunco tondo. Scirpo palustre. Savi fl. pis.* I. *p. 43.*

N. Sic. *Juncu moddu cu la mazzaredda a la punta. Cup. l. c. Juncu cu li tisticeddi di cuda di cavaddu. Ucria l. c.*

In paludosis et in inundatis frequens. var. β *nella strada che dal Gurgo di Ddingoli conduce alla Piana de' Greci.*

Floret Majo Julio.

Perennis. Radix repens, multos culmorum cœspites inter se remotos sursum emittens. Culmi 1-2 pedales, erecti, fistulosi, tereti-compressi, striati, nudi, apice attenuati, longitudine in æquales, basi vaginati, vaginis 2-4 pollicaribus, inferne rufescentibus, truncatis, striatis. Spica solitaria, terminalis, lineari-oblonga, 4-10 lineas longa, acutiuscula. Glumæ oblongæ, inferiores steriles, obtusæ, superiores acutiusculæ vel acutæ, carinatæ, carinâ viridi, utrinque rufescentes, margine late-membranaceo, albido. Stigma bifidum, puberulum. Stylus bulbosus, basi dilatatus. Nucula ovata, sublenticularis, glabra, fusca. Setæ hypoginæ quatuor vel sex nuculam longitudine superantes. In var. $\beta$ culmi 3-7 pollicares, graciles, plerumque steriles, recurvi, fertiles erecti. Spica ovata, 2-3 lineas longa, acutiuscula, pauciflora, glumæ obtusiusculæ.

## 19. SCIRPUS.

*L. gen. p. 30. Juss. gen. p. 27. Lamk. ill. gen. t. 38. f. 2. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 3.*

*Calyx* glumæ 1-valves, imbricatæ. *Corolla* nulla. *Stylus* filiformis deciduus. *Nucula* triquetra nuda vel setis hypoginis cincta.

Ord. Nat. *Calamariæ. L. ord. nat. III. Cyperoides. Juss. gen. p. 26. Cyperaceæ. Dec. fl. franç. III. p. 99. R. Brown prodr. p. 312. Presl gram. et cyp. sic. p. 13.*

## CONDIZIONI

*Questa opera sarà divisa in 3 volumi, carta, caratteri e formato uguali al presente fascicolo. Ogni fascicolo costerà tarì quattro siciliani. Il secondo fascicolo è sotto il torchio.*

*L'opera va unita ad un atlante di figure in rame, diviso in fascicoli, ciascuno composto di quattro figure in-4° pel prezzo di tarì tre. Il primo fascicolo delle figure uscirà nel mese di luglio.*

*Chi si associa per dieci copie avrà l'undecima* gratis.

*L'associazione si riceve in casa dell'Autore via Macqueda n.° 42.*

**TIPOGRAFIA ORETEA**

# FLORA
# PANORMITANA

AUCTORE

**PHILIPPO PARLATORE**

Vol. I.—Fasc. II.

BIBLIOTHÈQUE
DE VALLEYRES

* *Culmo tereti.*

58. S. Savii. *Seb. et Maur. fl. rom. prodr. p. 22. Guss. fl. sic. prod. 1. p. 47. Spr. syst. veg. 1. p. 207. Bertol. fl. ital. 1. p. 288.*

S. culmo foliisque setaceis strictis, spiculis subgeminis, sessilibus, nucula leviter tuberculata.

S. filiformis. *Savi fl. pis. 1. p. 46. et bot. etrusc. 2. p. 19. non Vahl enum. 2. p. 248.*

S. setaceus. *Biv. cent. 1. p. 72 excl. plur. syn.*

Isolepsis Saviana. *Röem. et Schultz mant. 2. p. 63.*

Scirpus acicularis. *Ucria H. R. Pan. p. 52 non L.*

Junculus panicula quandoque simplici, quandoque duplici triplicive flava. *Cup. H. Cath. p. 104.*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 18. f. 2.*

Juncellus minimus, capillaris, paniculis nigris singularibus. *Cup. pamph. 2. t. 52, et ex. bibl. pub. 2. t. 156,*

N. It. *Scirpo filiforme. Savi fl. pis. 1. p. 46.*

N. Sic. *Junciteddu ad unu, a dui, a tri panuzzi vrunni. Cup. l. c. Junciteddu minuri e picciriddu. Ucria l. c. Junchiteddu.*

In paludosis et in inundatis præsertim maritimis. *Mondello, S. Ciro, Villabate, Roccazzo, Boccadifalco, S. Martino, piano di Algaria sotto Monreale.*

Floret Majo Julio.

Annuus. Radix fibrosa. Culmi dense cæspitosi, setacei, 2-10 pollicares, basi foliosi. Folia setacea, alterna, acuta, culmo breviora, vaginantia. Vaginæ albæ, inferne purpureæ. Involucri foliola duo sæpe spiculis breviora, aut alterum illas excedens. Spiculæ 1-3, ovatæ, sessiles. Glumæ ovatæ, concavæ, carina viridi, margine membranaceo, flavescente, interdum utrinque ferrugineæ, apice mucronulatæ. Nucula triquetra leviter tuberculata.

Scirpo setaceo L. valde affinis sed fructibus haud longitudinaliter striatis præcipue differt.

59. S. Holoschoenus. *L. sp. pl. 72. Desf. fl. atl. 1. p. 49. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 48. Bertol. fl. it. 1. p. 282.*

S. culmo tereti, apice semitereti, involucro diphyllo, foliolo altero brevissimo, altero ex protractione culmi ultra paniculam elongati, capitulis globosis, crassis, pedunculatis sessilibusve.

Isolepsis holoschœnus. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 115.*

Juncus acutus, maritimus, capitulis majoribus. *Cup. H. Cath. p. 104.*

Ic. *Smith engl. bot. v. 23. tab. 1612.*

β. capitulis omnibus crassis, sessilibus.

S. romanus. *L. sp. pl. 75. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 33. Savi fl. pis. 1. p. 44.*

S. holoschœnus var. β *Bert. fl. it. 1. p. 283. var. b. Guss. l. c.*

S. supinus. *Ucria H. R. Pan. p. 52?* ex loco non L.

Ic. *Jacqu. austr. t. 448.*

γ culmo brevi, capitulo solitario sessili, involucri foliolo altero patente vel reflexo, capitulum superante.

N. It. *Giunco, giunco sottile. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 98. Scirpo comune. Savi fl. pis. 1. p. 48.*

N. Sic. *Juncu pungenti cu li cucculiddi. Cup. l. c.*

In palustribus, in inundatis, nec non ad fluviorum ripas communis. Var. α et β copiose proveniunt: var. γ in paludosis *a S. Ciro.*

Floret Julio Septembri.

Perennis. Radix crassa, repens, multas radiculas fibrosas, pubescentes subtus emittens. Culmi recti, teretes, apice semiteretes, ibique ad margines scabri, striati, 2-3 pedales, et ultra, basi bulbosi, vaginati, vaginis coloratis, inferioribus aphyllis, superioribus foliosis.

Folia semiteretia, margine scabra, supra canaliculata, culmo breviora. Involucri diphylli foliolum ex protractione culmi, foliolum alterum brevius, reflexum. Capitula densa, globosa, sessilia vel pedunculata, pedunculis 3-7, semiteretibus, ad angulos scabris, inæqualibus. Glumæ obovatæ, concavæ, obtusæ, puberulæ, vel scabræ, carinâ viridi, utrinque ut plurimum ferrugineæ. Stigma trifidum. Nucula triquetra, angulis acutis, nigra.

Var. β capitula habet crassiora, sessilia, 1-3.

In var. β culmus pedalis, fere a basi ad apicem semiteres, angulis scaber. Folia semiteretia, ad angulos etiam scabra, culmo breviora. Capitulum solitarium, minimum, ferrugineum, sessile. Involucri foliolum alterum capitulo longius angulis scabrum.

✠ 60. S. Globiferus. *L. fil. suppl. 104. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 49. Röem. et Schultz syst. veg. 2. pag. 135. Spr. syst. veg. 1. p. 209. Bertol. fl. it. I. p. 286.*

S. culmo tereti, nudo, involucro diphyllo, foliolis subæqualibus panicula composita brevioribus, capitulis globosis, proliferis.

β capitulis haud proliferis.

S. Parlatoris. *Biv. ined. ex ejus. herbario.*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 19.* (ex ipso cl. Guss.)

N. It. *Giunco prolifero. Bert. l. c.*

In paludosis maritimis.

Var. β *Mondello.*

Floret Julio Octobri.

Præcedenti valde proximus, sed involucri foliolis brevissimis, longitudine subæqualibus, umbellâ brevioribus culmoque tereti nudo satis distinctus.

61. S. Lacustris. *L. sp. pl. 72. Ucria H. R. Pan. p. 52. Desf. fl. atl. I. p. 48. Presl cyp. et*

*gram. sic. p. 11. et fl. sic. prodr. p. 16. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 50. Bert. fl. it. I. p. 280.*

S. culmo tereti, aphyllo, basi vaginato, involucro umbellis supradecompositis breviore, spiculis ovatis, glumis mucronatis.

Juncus maximus sive Scirpus. *Cup. H. Cath. p, 104.*

Ic. *Host. gram. austr. 3. t. 61.*

N. It. *Giunco, giunco da stoje, giunco di padule. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 93.*

N. Sic. *Juncu maggiuri cioè lu cchiù grossu di tutti, di margi chi servi pri fari spurticeddi di li patri Cappuccini. Cup. l. c. Juncu grossu quantu un jiditu. Ucria l. c. Juncu.*

In palustribus, in lacubus, et in torrentium alveis. Floret Junio Augusto.

Perennis. Radix repens. Culmus teres, erectus, tripedalis et ultra, medullosus, digiti minimi fere crassitie, apice attenuatus, basi vaginatus, vaginis pallide rufescentibus, una in folium lineare breve desinente. Involucrum universale sæpe diphyllum, raro 3-4 phyllum, foliolis inæqualibus, foliolo longiore recto, omnibus umbellâ multo brevioribus. Umbella supradecomposita terminalis: ejus radii inæquales, 6-10, semiteretes, margine scabri. Spiculæ ovatæ vel ovato-oblongæ, sæpe 2-5 in apicibus pedunculorum glomeratæ, raro solitariæ, rufescentes. Glumæ ovatæ, concavæ, acutæ, vel marginatæ cum mucronulo, carinatæ, dorso scabræ. Stylus filiformis, puberulus. Nucula pallida, obtuse trigona: setæ hipogynæ sæpe quatuor longitudine nuculæ.

** *Culmo triquetro.*

62. S. Maritimus. *L. sp. pl. 74. Desf. fl. atl. I. p. 50. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 54. Bertol. fl. ital. I. p. 298.*

S. culmo triquetro folioso, involucro subtriphyllo umbellis subdecompositis multo longiore, spiculis oblongis, fasciculatis, sessilibus, pedunculatisque, glumis lacerato-trifidis, laciniâ media aristata.

S. tuberosus. *Desf. fl. atl. 1. p. 50.*

Cyperus rotundus, inodorus, germanicus. *Cup. H. Cath. p. 14.*

Ic. *Host. gram. austr. 3. t. 67.*

Cyperus rotundus, paniculis vulgaris duplo crassioribus, inodorus. *Cup. pamph. 1. t. 104. et 3. t. 114. et ex. bibl. publ. 1. t. 124. et 2. t. 214. Bonan. t. 12. Raf. t. 46. f. 2.*

β *macrostachys*, spicis brevibus, crassioribus, paucioribus, sessilibus.

S. macrostachys. *Willd. en. 1. p. 78.*

S. maritimus. var. c. *Guss. fl, sic. pr. 1. p. 51.*

N. It. *Nocco, giunco frangiato. Bert. l. c.*

N. Sic. *Zipareddu cu la radica fila fila e nuzzuliddi nuzzuliddi. Cup. H. Cath. p. 64. Juncu.*

In paludosis, ad fossas, et ad fluviorum ripas, var. α passim occurrit, var. β in palustribus maritimis *Mondello.*

Floret Majo Junio.

Perennis. Radix repens, tuberosa, tuberibus subrotundis. Culmus solidus, erectus, 2-3 pedalis, triqueter, superne angulis scaber, foliosus. Folia linearia, acuminata, carinâ margineque scabra; inferiora culmo breviora. Involucrum universale sæpe triphyllum, foliolis valde inæqualibus, basi dilatatum, foliis culmi similibus, umbella semper longioribus. Umbella simplex vel subdecomposita, terminalis. Radii ejus 3-6 inæquales, triquetri. Spiculæ oblongæ vel oblongo-cylindraceæ, a tribus lineis ad pollicem usque longæ, ferrugineæ, fasciculatæ, plus minusve crassiores. Glumæ oblongæ, concavæ, apice lacerato-trifidæ, laciniâ media aristata, dorso puberulæ, carinatæ, carinâ acuta, viridi vel fusca. Antheræ luteæ. Nucula triquetra, fusca.

In var. β spiculæ crassiores, pauciores, 5-8 sessiles, vel breviter pedunculatæ, dense fasciculatæ, magis fuscæ.

## 20 LYGEUM.

*L. gen. pl. p. 31. Juss. gen. p. 33. Lamk. ill. gen. 1. tab. 39. Palis. de Beauv. essais d'une nouv. agrost. p. 140. t. 25. Trin. fund. agrost. p. 96.*

*Spatha* convoluta 1-phylla, 2-3 flores includens. *Calyx* 2-valvis, valvis basi in pericarpium biloculare, villosum, concrescens.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv, Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

63. L. Spartum. *L. sp. pl. 78. Desf. fl. atl. i. p. 78. Ucria H. R. Pan. p. 52. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 52. Jan. elench. p. 1. n. 50. Bert. fl. it. i. p. 827.*

Ic. *Lamk. ill. gen. 1. tab. 39.*

Avena juncifolia, monogluma, arundinacea radice. *Cup. pamph. 2. tab. 107. et ex. bibl. publ. 2. t. 211. Bon. t. 192,*

N. It. *Lagrime salvatiche, Giunco marino, Sparto. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 61.*

N. Sic. *Spartu. Ucria l. c.*

In collibus mari finitimis.

*Bagheria. Solunto.*

Floret Martio Aprili.

Perennis. Radix repens. Culmi erecti, striati, glabri,

tenaces, subpedales. Folia culmo longitudine subæqualia, convoluta, rigida, glabra, acuminata. Ligula elongata, 3-4 lineas longa, subintegra. Spatha univalvis, pollicaris et ultra, chartacea, striata, lanceolato-acuminata, flores primo occultans, inferne longitudinaliter dehiscens. Spicula erecta, dein subnutans. Glumæ calycinæ, basi connatæ in pericarpium biloculare, cartilagineum, villis fulvis longis undique tectum. Glumæ corollinæ calyce multo longiores, inæquales albomembranaceæ. Genitalia corollis longiora.

## 21. PENNISETUM.

*Pers. syn. pl. 1. p. 72. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 9. Guss. fl. sic. prodr. suppl. 1. p. 12. Bert. fl. it. I. p. 592.*

*Involucrum* multisetum, setis exterioribus inæqualibus, interioribus basi pinnato-barbatis. *Spiculæ* 2-5. *Calyx* bivalvis, inæqualis, 2-florus, flosculo altero masculo, altero hermaphrodito. *Stigmata* plumosa.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

64. P. Distylum. *Guss. index semin. H. R. in Bocc. anno 1826. p. 8. et fl. sic. prodr. suppl. 1. p. 12. Bertol. fl. ital. I. p. 593.*

P. culmis basi ramosis, foliis vaginisque pilosis, involucri setis inæqualibus, longioribus flores duplo superantibus, flosculis hermaphroditis digynis.

Cenchrus ciliaris. *Desf. fl. sic. t. 27. bis*, ex ipso cl. *Guss.*

N. It. *Pannocchino porporino. Bertol. l. c.*

In collibus calcareis.

*Alle falde di Monte Pellegrino presso il casino del Principe di Belmonte*, ubi primus invenit cl. Gasparrinus.

Floret Septembri Octobri non Novembri Decembri (*Guss. l. c.*)

Perennis. Radix fibrosa, fibris cœspitosis, flexuosis, nigris. Culmi uni-sesquipedales, erecti vel ascendentes, cœspitosi, glabri, basi ramosi, geniculatique, geniculis crassiusculis. Folia villis patentibus ad oras præsertim instructa, linearia, 3-4 pollices longa, lineam fere lata, apice acuminata, involuta, carinata, striata, margine scabra. Vaginæ striatæ, villosiusculæ, scabræ. Ligula brevissima laciniato-ciliata. Spicæ 1-2 pollicares, purpurascentes. Rachis flexuosa, striata, puberula, ad angulos denticulata. Spiculæ alternæ, sessiles, 2-3 in quovis denticulo. Involucri duplicis setæ exteriores breviores, glabræ, scabræ, longitudine inæquales, interiores flosculis longiores, basi pinnato-ciliatæ, supernæ scabræ, subcontortæ, interiorum setâ altera sæpe omnibus longiore. Calycis valvæ inæquales, flosculis dimidio breviores, ovato-acutæ. Valvæ corollinæ glabræ, exterior concava, acuminata, 5 vel 6 nervis, interior minor subtrinervis. Stamina tria, antheris longis, nigricantibus. Styli duo longi, albi, stigmatibus plumosis. Germen ovoideum, glabrum.

A Pennisceto cenchroide Palis. de Beauv, cui valde affine, differt spicê longioribus, setâ interiorum non exteriorum elongatâ et stylis duobus.

# ORDO II.

## DIGYNIA

---

### 22. SACCHARUM.

*L. gen. p. 32. Juss. gen. p. 30. Lamk. ill. gen. 1. tab. 40. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 12.*

Lagurus. *L. gen. pl. p. 34.*
Imperatæ species. *Cyr. pl. rar. regn. neap. fasc. 2. p. 26. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 7. tab. 5. Roöem. et Schultz syst. veg. 2. p. 12.*

*Calyx.* 2-valvis, 1-2 florus, extus villis sericeis longis barbatus. *Corolla* 2-valvis. *Semen* liberum corolla tectum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

65. S. Cylindricum. *Lamk. encycl. bot. i. p. 594. Sibth. et Smith. fl. græc. prodr. 1. p. 36. Desf. fl. atl. i. p. 54. Spr. syst. veg. 1. p. 282. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 138. Bertol. fl. ital. i. p. 332.*
P. radice repente, foliis dein involutis, panicula spicata cylindrica, calycibus mollissime villosis, villis calyce triplo longioribus.

Lagurus cylindricus. *L. sp. pl. 120.*

Imperata arundinacea. *Cyr. l. c. p. 26. tab. 2. R. Brown prodr. 1. p. 204. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 288. Presl cyp. et gram. sic. p. 53. Host. gram. austr. 4. p. 23. tab. 40.*

I. cylindrica. *Palis. de Beauv. l. c. p. 7. tab. 5. f. 1.*

Ic. *Lamk. ill. gen. t. 40. f. 2.*

N. It. *Falasco. Codino bianco. Bert. l. c.*

In pascuis humentibus maritimis (Guss.).

Floret Majo Septembri.

Perennis. Radix late repens. Culmi sesqui-bipedales et altiores, erecti, striati, glabri, simplices vel basi tantum ramosi. Folia linearia 2-3 lineas circiter lata, acuminata, erecta, striata, glabra, margine scabra, plana, dein involuta. Vaginæ longæ, striatæ, glabræ vel pilosæ, præsertim inferiores; vagina superior subinflata, magis elongata, aphylla. Ligulæ loco villorum series. Panicula spicata, cylindrica, 3-5 pollices longa, mollissima, sericea. Rachis glabra. Rami glabri flexuosi. Pedicelli breves, apice incrassati. Spiculæ geminæ. Valvæ calycinæ inæquales, exterior longior, acuta, interior obtusiuscula, albidæ, 5-7 nerves (male uninerves Röem. et Schultz), nervis purpurescentibus vix medium attingentibus; villis sericeis calyce multo longioribus vestitæ. Valvæ corollinæ calyce subdimidio breviores, inæquales, membranaceæ, ciliatæ. Antheræ flavæ. Pistilla duo non unum (Cyr.). Stigmata longa, exserta, plumosa, purpurascentia. Semen liberum.

66. S. Ægyptiacum. *Vill. enum. hort. Berol. 1. p. 82. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 281. Guss. fl. sic. prodr. suppl. 1. p. 33. Bertol. fl. ital. 1. p. 331.*

S. panicula lanceolata, elongata, composita, spiculis geminis, altera sessili, altera pedicellata, villis involucrantibus sericeis spicula duplo longioribus.

Ic. Nulla.

N. It. *Cannamele di Egitto. Bert. l. c.*

Ad ripas fluviorum.

*Fiume Oreto presso il ponte di Corleone ed il ponte della Grazia.*

Floret Septembri Octobri non Julio Augusto (Guss.)

Perennis. Culmus biorgialis et ultra, erectus, teres, glaber, farctus, in parte summa sericeus. Folia tripedalia, acuminata, 4-6 lineas lata, supra canaliculata, dorso nervosa, nervo subtus incrassato, in facie superiore linea alba longitudinali notata, margine serrulata. Vaginæ striatæ, glabræ, inferiores villosæ, vel hispidæ. Ligula brevis, semilinearis, truncata, villis longis sericeis instructa. Panicula pulchra, terminalis, elongata, sesquipedalis, lanceolata, composita. Rachis angulata, villoso-sericea. Paniculæ rami compositi, inæquales. Spiculæ approximatæ, geminæ, altera sessilis, altera pedicellata, villis sericeis involucrantibus duplo breviores. Valvæ calycinæ subæquales, lanceolatæ, acuminatæ, nudæ, concavæ, basi trinerves, purpurascentes, apicem versus albo-membranaceæ, margine longiuscule ciliatæ. Valvæ corallinæ, calyce breviores, albo-membranaceæ, margine etiam ciliatæ. Antheræ e luteo-purpurascentes. Stigmata plumosa, lutea, exserta.

## 23. LAGURUS.

*L. gen. pl. 37. Juss. gen. p. 30. Lamk. ill. gen. 1. t. 41. Palisot de Beauv. assais d'une nouv. agrost. p. 34. t. 8. f. 12.*

*Calyx* 2-valvis, uniflorus, valvis apice aristatis, aristis plumosis. *Corolla* 2-valvis, valva exteriore 3-aristata, aristis duabus terminalibus rectis, arista dorsali contorta. *Semen* liberum corolla tectum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

67. L. Ovatus. *L. sp. pl. 119. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 68. Desf. fl. atl. i. p. 105. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 20. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 131. Bertol. fl. ital. i. p. 728.*

Gramen alopecuroides spica breviore. *Cup. H. Cath. p. 88.*

Gramen alopecuroides. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Ic. *Lamk. ill. gen. t. 41. Host. gram. austr. 2. t. 46.*

Gramen alopecurum molle spica incana. *Barrel. ic. 116. f. 1. et 2.*

N. It. *Coda di lepre. Piumino. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 57. Piumino ovato. Savi fl. pis. i. p. 136.*

N. Sic. *Gramigna cu la spica a cudi di urpi*, Misilmeris. *Gramigna a punta di cuda di urpi. Cup. l. c.*

In collibus, in arvis et in arenosis maritimis ubique. Floret Martio Majo.

Perennis. Radix fibrosa, albida, pubescens. Culmi semipedales vel pedales et ultra, plerumque solitarii sed aliquando cœspitosi, erecti vel ascendentes, basi sæpe geniculati, teretes, striati, pubescentes. Folia linearia 1 $^1/_2$-2 linea lata, acuminata, brevia, molliter pubescentia, margine præcipue in junioribus undulato. Folium supremum plerumque latiusculum sed brevius. Vaginæ striatæ, uti folia, molliter pubescentes, laxæ, superiores subinflatæ. Panicula subspicata, ovata, vel raro oblongo-ovata, obtusa, erecta, dein subnutans, albida, vel subpurpurascens, mollissime sericea. Rachis villosa. Flores densissimi. Valvæ calycinæ longitudine æquales, lineari-lanceolatæ, membranaceæ, corollâ lon-

giores, carinatæ, carinâ viridi, extus villosæ, apice in aristam brevem plumosam attenuatæ. Valvæ corollinæ inæquales, exterior oblongo-lanceolata, subcompressa, sub 5-nervis, margine membranacea, basi tantum villoso-barbata, apice biaristata, aristis æqualibus, brevibus, rectis, dorso infra medium uniaristata, arista duabus terminalibus multo longiore, sub lente scabriuscula, recta, demum contorta: valva corollina interior minor, anguste linearis, glabra, apice bifida.

## ✠✠ ARISTIDA.

*L. gen. pl. 38. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. 1. t. 41.*

Chaetariæ species. *Palis. de Beauv. essais d'une nouv. agrost. t. 8. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 18.*

*Calyx* 2-valvis 1-florus, valvis membranaceis. *Corolla* 2-valvis (in hac specie univalvis), valva exteriore convoluta, apice triaristata, interiore integra acuta.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iv. p. 2.*

✠ ✠ 68. A. Coerulescens. *Desf. fl. atl. i. p. 109.*
A. foliis glabris, panicula coarctatâ elongata, subsecunda, valvis calycinis inæqualibus, valva corollina solitaria, aristis levibus subæqualibus.

Chaetaria cœrulescens. *Palis. de Beauv. in Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 394.*

Ic. *Desf. fl. atl. 1. tab. 21. f. 2.*
In rupibus calcareis mari finitimis.
*Monte Gallo.*
Floret Majo Junio.

Perennis. Radix fibrosa, fibris albido-canescentibus tomentosis, tortuosis. Culmi cœspitosi, sesqui-bipedales, erecti, graciles, teretes, glabri, basi ramosi. Folia anguste linearia, subulata, glabra, striata, canaliculata, convoluta, margine scabriuscula. Ligula brevissima, truncata, ciliata, vel villosa. Panicula elongata, subpedalis, subsecunda, gracilis, interrupta, cœrulescens. Rachis glabra. Paniculæ rami glabri, gemini, inæquales, capillares, divisi. Spiculæ graciles. Valvæ calycinæ, lineari-subulatæ, muticæ, membranaceæ, uninerves, inæquales, exteriore corollam æquante. Corolla univalvis, valva lineari, scabriuscula, apice triaristatata, aristis divergentibus scabriusculis, capillaribus, subæqualibus, corollâ subduplo longioribus.

Hujus generis species nunquam in Europa inventæ, at primum prope Panormum a me hæc stirps reperta.

## 25. STIPA

*L. gen. p. 37. Juss. gen. p. 30. Lamk. ill. gen. t. 41. Palis. ess. d'une nouv. agrost. p. 18. tab. 6. f. 2. 3. 4. Bert. fl. ital. 1. p. 684.*
Agrostis. *L. mant. 1. p. 30.*
Aristella. *Bert. fl. ital. 1. p. 690.*

*Calyx* 2-valvis, uniflorus. *Corolla* 2-valvis, valva exteriore aristata, arista sæpe longissima, nuda vel plumosa. *Semen* liberum, demum corolla indurata tectum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç iii. p. 2.*

✠ 69. S. Pennata. *L. sp. pl. 115. Ucria II. R. Pan. p. 61. Des. fl. atl. i. p. 97. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 65. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 132. Bertol. fl. ital. 1. p. 685.*

S. foliis glaucis, linearibus, arista corollina longissima, basi nuda, contorta, infra medium geniculata, superne plumosa.

Ic. *Lamk. ill. gen. t. 41. f. 1. flos tantum. Host. gram. austr. 4. tab. 33.*

Gramen sparteum pennatum majus. *Barr. ic. 46.*

N. It. *Lino delle fate. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 97. Stuzzica orecchi, Stramutella delle pecore. Stipa delle fate. Stuzzichella. Pennine paradise. Bert. l. c.*

N. Sic. *Gramigna cu la spica a turbanti di turcu. Ucria l. c.*

In collibus calcareis.

*Bagheria a Cordua* simul cum milio cœrulescente.

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix fibrosa, fibris pubescentibus vel glabriusculis, flexuosis. Culmi dense cœspitosi, erecti, subbipedales et altiores, teretes, rigidi, striati, scabriusculi, fere usque ad apicem foliosi. Folia anguste linearia, glauca, scabriuscula, striata, convoluta, longa. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabriusculæ, superiores subinflatæ. Ligula 2-2 $^1/_2$ lineas longa, apice lacera. Panicula stricta, sub 5-flora. Rachis scabra. Rami scabri, solitarii vel gemini, simplices vel divisi, erecti, longitudine subæquales, apice incrassati. Valvæ calycinæ glabræ subæquales, lanceolatæ, acuminato-aristatæ, aristis pollicaribus vel sesquipollicaribus levibus, virides, margine membranaceo, exterior trinervis, interior quin-

quenervis. Valvæ corollinæ lanceolatæ, cartilagineæ, subæquales, exterior basi villosa, aristata, arista longissima pedalis et ultra, primo erecta, dein nutante, basi glabra, contorta, infra medium geniculata, supra geniculum plumosa.

70. S Tortilis. *Desf. fl. atl. 1. p. 99. Biv. cent. 2. p. 61. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 20. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 133. Bertol. fl. ital. 1. p. 688.*

S. foliis subulatis, convolutis, panicula subspicata, arista corollina longa, basi villosa, contorta, in medio geniculata, superne nuda capillari, subulata.

S. paleacea. *Sibth. et Smith fl. græc. pr. 1. p. 68.*

S. tenacissima. *Ucria H. R. Pan. p. 61.* ex loco et synonimo siculo non *L.*

Ic. *Desf. l. c. t. 31. f. 1.*

Spartum, spica et setulis tenuissimis, caudam acquinam imitantibus. *Bocc. mus. t. 97.*

N. It. *Stuzzichella appicca vesti. Bert. l. c.*

N. Sic. *Gramigna cu la spica lucenti. Ucria l. c.*

In arvis sterilibus, in collibus et ad vias ubique.

Floret Martio Majo.

Annua. Radix fibrosa, albida, pubescens. Culmi pedales, solitarii vel sæpe cœspitosi, graciles, erecti, glabri, superne scabriusculi, a basi ad apicem vestiti. Folia subulata, longa, striata, convoluta, intus villosa, margine scabra. Vaginæ striatæ, glabræ vel pubescentes. Ligula brevissima, truncata. Panicula stricta, subspicata basi vaginâ supremâ involuta. Rami breves, villosi, apice incrassati, erecti. Valvæ calycinæ angustissime lineares, totæ membranaceæ, nitidæ, acuminatæ, carinatæ, carina viridi, subæquales. Valva corollina exterior villosa, aristata, arista subtripollicari, basi contorta, hirsuta, in medio geniculata, supra geniculum capillari, subulata, nuda, scabra.

71. S. Aristella. *L. syst. nat. ed. 12. tom. 3. p. 229. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 66. Presl cyp. et gram. sic. et fl. sic. prodr. p. 20. Guss. fl. sic. prodr. I. p. 133.*

S. foliis linearibus, convolutis, panicula subspicata striata, arista corollina recta, nuda, calyce subduplo longiore.

Agrostis bromoides. *L. Mant. I. p. 30.*

Aristella bromoides. *Bertol. fl. ital. I. p. 690.*

Ic. *Host. gram. austr. 4. tab. 34.*

N. It. *Forasacco bastardo. Bertol. l. c.*

In collibus aridis et in sylvaticis haud frequens.

Floret Junio Julio.

Perennis. Radix fibrosa, fibris longiusculis, glabris, ramulosis. Culmi cœspitosi, basi crassiusculi, erecti vel ascendentes, sesqui-bipedales, striati, glabri. Folia remotiuscula, anguste linearia, acuminato-attenuata, striata, intus villosiuscula, margine scabra, convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ, vel villosulæ. Ligula nulla. Panicula striata, subspicata, ramosa. Rachis scabriuscula. Rami scabriusculi, erecti, simplices vel divisi, apice incrassati. Valvæ calycinæ subæquales, lanceolatæ, acuminatæ, margine membranaceo, trinerves, nervis duobus lateralibus apicem versus evanidis. Valvæ corollinæ calyce minores, inæquales, exterior major, lanceolata, sparse villosa, 5-nervis, apice desinens in aristam rectam, nudam, capillarem, subulatam, scabriusculam, calyce subduplo longiorem: valva corollina interior paullo minor lanceolata, obsolete trinervis.

## 26. MILIUM

*L. gen. 33. Juss. gen. p. 29. R. Brown prodr. p. 187.*

Agrostidis species. *Lamk. ill. gen.* I. *tab.* 41. *Dec. fl. franç.* III. *p.* 19.

Piptatheri species. *Palis. de Beauv. essais d'une nouv. agrost. p.* 17. *Röem. et Schultz syst. veg.* 2. *p.* 15.

Gastridii species. *Palis. de Beauv. l. c. p.* 21. *Röem. et Schultz l. c. p.* 16.

*Calyx* bivalvis, uniflorus, ventricosus. *Corolla* bivalvis, calyce inclusa, coriaceo-indurata, sub apice aristata vel mutica. *Semen* corolla persistente corticatum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat.* IV. *Gramineæ. Juss. gen. p.* 28. *R. Brown prodr. p.* 160. *Dec. fl. franç.* III. *p.* 2.

* *Panicula effusa.*

✠ 72. M. Coerulescens. *Desf. fl. atl.* I. *p.* 66. *Sibth. et Smith fl. græc. prodr.* 1. *p.* 45. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 55. *Bertol. fl. ital.* I. *p.* 388.

M. panicula laxa, pauciflora, valvis calycinis basi cœrulescentibus, arista corollina sublongioribus, ligula elongata, erosa.

Piptatherum cœrulescens. *Palis. de Beauv. l. c. expl. des planches p.* 5. *tab.* 5. *f.* 10. *Röem. et Schultz syst. veg.* 2. *p.* 328. *Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p.* 17.

Agrostis cœrulescens. *Dec. fl. franç.* V. *p.* 250.

Ic. *Desf. fl. atl.* I. *tab.* 12.

N. It. *Scagliola nera. Bert. l. c.*

In rupibus calcareis non procul a mare.

*Bagheria a Cordua, Gibilrossa.*

Floret Aprili Majo.

Perenne. Tota planta glabra. Radix fibrosa, pubescens. Culmi erecti, cœspitosi, 2-3 pedales, striati, fo-

liosi, superne parvo tractu nudi. Folia anguste linearia, acuminata, remota, inferiora tripollicaria, superiora breviôra, arefactione convoluta, vaginantia, vaginis striatis. Ligula stricta, 2-3 lineas longa, lacera. Panicula laxa, pauciflora. Rami plerumque solitarii, alterni, inferiores sæpe gemini, flexuosi, dichotomi, patentes. Valvæ calycinæ subæquales, ovato-lanceolatæ, acuminatæ, trinerves, nervis lateralibus obsoletissimis, basi tantum purpureo-cœrulescentes, apice membranaceæ. Corolla calyce dimidio brevior, valvis glaberrimis, nitidis, fuscis, margine involutis, exteriore grandiore basi barbata, apice aristata, arista brevi, valvis calycinis subæquale vel parum breviore, valva interiore acuta. Antheræ purpureæ, utrinque bifidæ. Stigmata plumosa.

73. M. Multiflorum. *Will. en hort. Ber. I. p. 94. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 5. Bertol. fl. ital. I. p. 386.*

M. panicula patente, semiverticillata, multiflora, aristâ corollis duplo longiore, ligula brevi, truncata.

M. arundinaceum. *Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 45.*

Piptatherum multiflorum. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 329. Presl gram. et cyp. sic. p. 17.*

Agrostis miliacea. *L. sp. pl. 91. Dec. fl. franç. III. p. 19.*

Milium paradoxum. *Ucria H. R. Pan. p. 57?* ex synonimo siculo non L.

Gramen arundinaceum, procerius, latifolium, panicula miliacea, verticillatis petiolis. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. Milium arundinaceum. *Sibth. fl. græc. t. 66.*

Gramen miliaceum, majus, nutante panicula, arundinaceum. *Barr. ic. 754.*

N. It. *Pennacchini cascanti. Bert. l. c.*

N. Sic. *Migghiu, o migghiuzzu. Ucria l. c.*

Ad sepes, in collibus et in humidis ubique.

*

Floret Junio Septembri.

Perennis. Radix fibrosa. Culmus erectus, sesqui-tripedalis et ultra, teres, glaber, rigidus, nodis rubris. Folia linearia, duas lineas circiter lata, acuminata, scabra. Vaginæ 2-3 pollicares, glabræ, striatæ. Ligula semilinearis vel lineam longa, lacera, truncata. Panicula elongata a semipede ad pedem usque longa, contracta, sub anthesi patens, composita, ramis alterne semiverticillatis, multifloris, longitudine inæqualibus, scabris. Flores parvi. Valvæ calycinæ subæquales, ovato-lanceolatæ, acuminatæ, purpurascentes, vel virides, membranaceæ. Valvæ corollinæ calyce dimidio breviores, nitidæ, albæ, subæquales, ovatæ, obtusæ, exterior aristata, arista valvis corollinis duplo longiore.

** *Panicula spiciformi.*

74. M. Lendigerum. *L. sp. pl. 91. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 44. Desf. fl. atl. I. p. 65. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 54. Bert. fl. it. I. p. 390.*

M. panicula spiciformi, laxiuscula, valvis calycinis acuminato-elongatis, carinâ scabris, corollinis villosis aristatis, aristâ calycem superante.

Gastridium australe. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 342. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 21.*

Agrostis lendigera. *Dec. fl. franç. III. p. 18.*

Ic. *Host. gram. austr. 3. tab. 24.*

N. It. *Miglio codino. Bert. l. c.*

In arvis et in collibus haud frequens.

Floret Majo Julio.

Annuum. Radix alba, fibrosa. Culmi ut plurimum cœspitosi, vel quandoque solitarii, ascendentes, 1-sesquipedales, geniculati, supra nudi, glabri. Folia linearia, acuminata, 1/2 lineam lata, 2-3 pollices longa, margine scabra. Vaginæ striatæ, glabræ, superior subventricosa. Ligula 2-lineas longa, lacera. Panicula spi-

ciformis in anthesi laxiuscula, pyramidata, subinde stricta, 2-4 pollices longa. Valvæ calycinæ inæquales, lineari-lanceolatæ, acuminatæ, membranaceæ, nitidæ, carinâ tantum scabræ. Valvæ corollinæ calyce multo breviores, villosæ, subæquales, exterior aristata, arista in medio geniculata, calyce longiore.

75. M. Scabrum. *Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 54. et suppl. 1. p. 14.*

M. panicula spiciformi densa, valvis calycinis acutis, undique scabris, corollis muticis vel raro aristatis.

Gastridium scabrum. *Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 21.*

Milium muticum. *Jan. elench. p. 3. n. 8. Bert. fl. ital.* I. *p. 331.*

Gastridium muticum. *Spr. syst. veg. 1. p. 250. Röem. et Schultz mant. 2. p. 189.*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 28. ex ipso cl. Guss.*

N. It. *Codino sbarbato. Bert. l. c.*

In arvis, in collibus et ad vias copiose occurrit.

Floret Aprili Junio.

Annuum. Radix ut in præcedente. Culmi a semipede ad duos vel tres pedes longi, erecti, ascendentes, basi ramosi, raro simplices. Folia nunc anguste nunc late linearia, utrinque scabra. Vaginæ glabræ, striatæ. Ligula elongata, 3-lineas circiter longa, lacera. Panicula spiciformis semper stricta, 1-3 pollices longa. Valvæ corollinæ subæquales, ovato-lanceolatæ, acutæ, subfalcatæ, carinâ viridi, margine membranaceæ, undique scabræ. Valvæ corollinæ glabræ, muticæ, vel raro valva exterior aristata.

Præcedenti affine, at differt foliis scabris, panicula stricta, valvis corollinis haud acuminatis, corollis plerumque muticis.

## 27. AGROSTIS.

*L. gen. p. 33. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. 1. tab. 41. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 16.*

Vilfa. *Palis. de Beauv. l. c. p. 16. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 22.*

Apera. *Palis. de Beauv. l. c. p. 31.*

*Calyx* 2-valvis, uniflorus, compressus. *Corolla* calyce minor bivalvis, raro univalvis, valva majore mutica vel aristata. *Semen* liberum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

* *Aristatæ.*

76. A. Pallida. *Dec. fl. franç. v. p. 251. Guss. pl. rar. p. 20. et fl. sic. prodr. 1. p. 59. Jan. elench. p. 2. n. 22. Bert. fl. ital. 1. p. 395.*

A. radice fibrosa, panicula multiflora in anthesi patente, valvis calycinis carinâ scabris, corollâ univalvi aristata, arista geniculata calycibus duplo longiore.

A. canina. *Ucria H. R. Pan. p. 57?* non. L.

Ic. *Guss. pl. rar. t. 5. f. 1.*

N. It. *Capellini scope. Bert. l. c.*

In stagnis montosis.

*Gurgo di Ddingoli.*

Floret Junio Julio.

Annua. Radix fibrosa. Culmus gracilis, subpedalis

vel 2-3 pedalis, erectus, basi subdecumbens, supern longo tractu nudus, glaber. Folia anguste linearia, acuminata, glabra, 2-3 pollices longa. Vaginæ striatæ, glabræ. Ligula sesquilinearis, obtusa, bifida. Panicula terminalis, multiflora. Rachis et rami scabriusculi. Rami alterne semiverticillati, longitudine inæquales, in anthesi patentes, divisi vel trichotomi, raro simplices. Spiculæ e viridi-flavescentes, parvæ. Valvæ calycinæ inæquales, lanceolato-acuminatæ, carinâ scabræ. Corolla calyce multo brevior, univalvis, glabra, aristata, aristâ geniculata calyce subduplo longiore.

** *Muticæ.*

77. A. Alba. *L. sp. pl. 93. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 57. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 345.*

A. radice repente, paniculæ ramis hispidis, patentibus, valvis calycinis acuminatis, carinâ scabris, valvis corollinis inæqualibus.

A. vulgaris α *Bert. fl. it. 1. p. 402.*

Vilfa alba. *Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 23.*

β paniculæ ramis læviusculis.

A. vulgaris. *Smith engl. fl. 1. p. 91. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 56. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 350.*

Ic. *Schrad. fl. germ. 1. tab. 2.* panicula tantum.

N. It. *Capellini.*

In humidis, in arvis,, in collibus ubique.

Floret Julio Augusto.

Perennis. Radix repens. Culmi decumbentes, ad nodos inferiores radicantes, simplices vel ramosi, pedales aut bipedales glabri. Folia anguste linearia, acuminata, scabra. Vaginæ striatæ, glabræ. Ligula unam vel duas lineas longa, nunc truncata, nunc obtusa, integra vel lacera. Panicula terminalis ab uno pollice usque ad quinque longa, primum stricta, sub anthesi laxiuscula. Rami

ejus filiformes, alterne semiverticillati, hispidi vel læviusculi, subtrichotomi. Valvæ calycinæ subæquales, ovato-lanceolatæ, nitidæ, carinâ scabræ, albæ, vel flavevescentes, aut purpurascentes. Valvæ corollinæ albæ, membranaceæ, inæquales, exterior major calyce parum brevior, acuta, interior dimidio minor, apice bidentata.

Agrostis vulgaris est certe agrostidis albæ varietas: etenim ramorum paniculæ hispiditas, nec non ligulæ longitudo summopere variant. Nomen antiquum Linneanum retinui cui a. vulgarem Smithii adscripsi.

78. A. Verticillata. *Vill. hist. des plant. de dauph. 2. p. 74. Röem. et Schultz mant. 3. p. 567. Bert. fl. ital. 1. p. 408.*

A. culmo decumbente, basi radicante, paniculæ densæ ramis semiverticillatis, valvis calycinis obtusis, pubescentibus, corollinis æqualibus.

A. stolonifera. *Guss. fl. sic. pr. 1. p. 57.* non L.

Vilfa stolonifera. *Presl fl. sic. prodr. 1. et cyp. et gram. sic. p. 22.*

Panicum verticillatum. *Ucria H. R. Pan. p. 51.* non L. ex loci natura et synonimo siculo.

Gramen spica divulsa sericea, fulva. *Cup. H. Cath. p. 92.*

Ic. *Trin. sp. gram. fasc. 3. ex Bertol. l. c.*

Gramen spica divulsa, sericeo-fulva. *Cup. pamph. sic. 2. tab. 200 et ex. bibl. pub. 1. t. 229.*

N. It. *Miglio d'acquitrino. Bert. l. c.*

N. Sic. *Gramigna di li vutti d'acqua. Ucria l. c.*

Ad fontes, ad rivulos ubìque.

Floret Julio Octobri.

Perennis. Radix fibrosa. Culmus ascendens, geniculatus, geniculis inferioribus radicantibus, ramosus, subbipedalis. Folia plana, linearia, sesquilineam vel duas lineas lata, acuminata, utrinque scabra. Vaginæ striatæ,

læviusculæ. Ligula linearis, ovata, truncata. Panicula stricta, elongata, densiflora. Rami ejus alterne semiverticillati, scabri, longitudine inæquales, divisi, multiflori. Flores parvi. Valvæ calycinæ subæquales, ovatæ, obtusæ, pubescentes, carinâ viridi subciliatâ, utrinque albæ, quandoque purpurascentes. Valvæ corollinæ æquales, calyce fere dimidio breviores, membranaceæ. A præcedente potissimum differt valvis calycinis obtusis, haud carinâ scabris, valvisque corollinis longitudine æqualibus.

Agrostis stolonifera L. secundum *Bert. fl. ital. 1. p. 409.* lusus est præcedentis speciei, ideoque ab hac longe diversa, nam A. *stolonifera* L. calyces habet acutos, carinâ tantum ciliatos, valvasque corollinas inæquales.

79. A. Pungens. *Schreb. gram. 2. pr 46. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 46. Desf. atl. 1. p. 68. Biv. cent. 1. p. 16. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 58. Bert. fl. ital. 1. p. 410.*

A. radice repente, culmo ramoso, foliis distichis, subulatis, involutis, panicula ovato-lanceolata, calycinis inæqualibus.

Vilfa pungens. *Presl cyp. et gram. sic. p. 23.*

Gramen caninum, pumilum, spicâ compactâ. *Cup. H. Cath. p. 89. et sup. alt. p. 34.*

Ic. *Screb. l. c. tab. 27. f. 3.*

N. It. *Gramigna marina, gramigna pungente. Bert. l. c. Agrostide pungente. Savi fl. pis. 1. p. 84.*

In campis maritimis.

*Romiagnólo.*

Floret Julio Augusto.

Perennis. Radix repens. Culmus brevis, 3-6 pollicaris, ramosus, ramis ascendentibus, compressis. Folia linearia, brevia, pollicem fere longa, subulata, involuta, disticha, supra villosa, subtus glabra, plerumque oppo-

sita sed etiam alterna, approximata. Vaginæ glabræ, striatæ, fauce, ligulæ loco, barbatæ. Panicula densa, ovato-lanceolata, 6 lineas circiter longa. Valvæ calycinæ valde inæquales, oblongo-lanceolatæ, obtusæ, glabræ. Valvæ corollinæ longitudine æquales, valvam calycinam majorem æquantes, glabræ, obtusiusculæ. Antheræ exsertæ, purpureæ.

A. Capillaris. *L. sp. pl 93. Ucria H. R. Pan. p. 57. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 60.*

A. panicula capillari, patente, calycibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis.

In monte *la Pizzuta* (Ucria). An airæ species?

## 28. PHALARIS.

*L. gen. p. 32. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. tab. 42. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 36. tab. 7. f. 1.*

*Calyx* 2-valvis, 1-florus, compressus. *Corolla* inclusa, sæpe duplex, interior 2-valvis, exterior 1-2-valvis. *Semen* corolla interiore corticatum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

* *Radice fibrosa.*

80. Ph. Nitida. *Presl cyp. et gram. sic. p. 26. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 70. Bert. fl. ital. i. p. 338.*

Ph. panicula spiciformi ovata, valvis calycinis acu-

tis, carinatis, ala carinali angusta, integra, corolla quadrivalvi, valvis corollinis exterioribus minimis glabris, interioribus multo longioribus, villosis.

Ph. quadrivalvis, valvis exterioribus duabus ovatis, brevissimis, glabris. *Lagasca nova gen. et sp. nov. diagn. p. 3. n. 25?*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 24. f. 2.* ex ipso cl. auct.

N. It. *Scagliola argentina. Bert. l. c.*

N. Sic. *Scagghiola.*

In arvis et in campis passim occurrit.

Floret Majo Junio.

Annua. Radix fibrosa, fibris albidis, flexuosis, ramulosis, pubescentibus. Culmi dense cœspitosi, ascendentes, bipedales, teretes, striati, glabri, superne longo tractu nudi. Folia late linearia, acuminata, scabra. Vaginæ striatæ, scabriusculæ, suprema inflata paniculam ante inflorescentiam includens. Ligula lata, obtusa in vaginæ margines decurrens. Panicula spiciformis ovata, obtusa, pollicem fere longa. Valvæ calycinæ æquales, compressæ, acutæ, albæ, trinerves, nervis viridibus, nervo carinali alato, ala basi angustata, integra, valvæ calycinæ sæpe apice purpurascentes. Corolla quadrivalvis, valvis duabus interioribus calyce subdimidio brevioribus, villosis, subæqualibus, acutis, ½-lin. circiter longis, valvis exterioribus minimis, ovatis, ¼-lineas vix longis, acutiusculis, concavis, glabris, basi villorum serie involucratis.

Species ph. canariensi simillima sed valvis corollinis exterioribus omnino diversa.

Panormi cum ph. canariense vulgo confusa, et sub nomine *di Scagghiola* etiam nota.

Ph. canariensis prope Panormum ad aves nutriendas tantum culta invenitur.

✠ 81. Ph. Minor. *Retz. obs. 3. p. 8. Will. en. H. R. Berol. 1. p. 83. Guss. pl. rar. p. 23. et fl. sic. prodr. 1. p. 70. Bert. fl. it. 1. p. 342.*

Ph. panicula spiciformi, oblongo-cylindracea, valvis calycinis acutis carinatis, ala carinali angustissima, sublacera, corolla trivalvi, villosa, valva corollina exteriore anguste lineari.

Ph. bulbosa. *Desf. fl. atl.* I. *p.* 35. *et emed. atl. p.* 1. ex ejus herbario Guss. *fl. sic. prodr. supp.* 2. *p.* 18.

Ic. Ph. aquatica. *Host. gram. austr.* 2. *t.* 39.

N. It. *Scagliola di grani. Bertol. l. c.*

N. Sic. *Mazzulinedda.*

In herbidis maritimis.

*Presso il Ponte di Altavilla.*

Annua. Radix fibrosa, pubescens. Culmi cœspitosi, vel solitarii, erecti vel ascendentes, subbipedales, teretes, glabri, striati, superne aliquo tractu nudi. Folia linearia, acuminata, glabra, margine scabriuscula. Vaginæ striatæ, scabræ, margine membranaceæ. Ligula ovata, acuta, 2-lineas longa. Panicula spiciformis, oblongo-cylindracea, acutiuscula, sesquipollicaris. Valvæ calycinæ subæquales, acutæ, albæ, carinatæ, trinerves, nervis viridibus, nervo dorsali superne alato, ala angustissima, leviter lacera vel denticulata. Corolla trivalvis, valvis omnibus villosis; valvis duabus interioribus calyce brevioribus, acutis, inæqualibus, valva exteriore solitaria, lineari-lanceolata, interioribus subtriplo breviore.

Nescio cur nonnulli botanici pro phal. aquatica hanc speciem habuerint, dum hæc radice haud bulbosa ab illa omnino differt.

82. Ph. Paradoxa. *L. sp. pl.* 1665. *Sibth. et Smith fl. græc. prodr.* 1. *p.* 39. *Desf. fl. atl.* I. *p.* 56. *Presl cyp. et gram. sic. p.* 26. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 71. *Bert. fl. it.* I. *p.* 343.

Ph. panicula spiciformi, cylindracea, ramorum inferiorum flosculo intermedio hermaphrodito, reliquis im-

perfectis præmorsis, valvis calycinis acuminato-aristatis, carinatis, ala carinali angusta, apice eroso-dentata, corolla quadrivalvi, valvis corollinis exterioribus minimis.

Ic. *Sibth. fl. græc. t. 38.*

N. It. *Scagliola rosicata. Savi fl. pis.* 1. *p.* 55.

In arvis et in cultis frequens.

Floret Aprili Majo.

Annua. Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, albidis, pubescentibus. Culmi pedales, sesquipedales, decumbentes, ascendentes, cœspitosi, ramosi, teretes, glabri, striati, vestiti. Folia linearia, acuminata, striata, nunc tota nunc margine tantum scabra. Vaginæ striatæ glabræ, vel scabriusculæ, suprema inflata, et subspathacea. Ligula ovata, acutiuscula, 2-lineas longa. Panicula spiciformis, sesqui-bipollicaris, cylindracea, obtusa. Ejus rami inferiores flosculos laterales habent abortivos, corolla genitalibusque destitutos, intermedium tantum hermaphroditum et corolla instructum. Flosculi ramorum superiorum hermaphroditi vel neutri. Valvæ calycinæ flosculorum fertilium subæquales, acuminato-aristatæ, 5-7 nerves, ad nervos semper virides, carina alata, ala basi subnulla, margine ciliato-scabra, superne angusta, apice eroso-dentata, vel lacera. Corolla quadrivalvis calyce inclusa. Valvæ corollinæ interiores ovatæ, acutiusculæ, subæquales, exteriore latiore obsolete quinquenervi, interiore uninervi, ciliata; valvæ corollinæ exteriores minimæ, inæquales, villo instructæ.

** *Radice tuberosa.*

83. Ph. Coerulescens. *Desf. fl. atl.* 1. *p.* 56. *Guss. pl. rar. p.* 22. *et fl. sic. prodr.* 1. *p.* 68. *Röem. et Schultz syst. veg.* 2. *p.* 404.

Ph. panicula spiciformi oblongata, valvis calycinis coloratis, mucronatis, carinatis, ala carinali dentata, corolla bivalvi, valvis subglabris.

Ph. bulbosa. *Presl cyp. et gram. sic. et fl. sic. prodr. p. 26. excl. syn.*

Ph. aquatica. *Bert. fl. ital. I. p. 341.*

Ic. *Guss. fl. sic. t. 24. f. 1. Ph. bulbosa. Cav. ic. 1. t. 64.*

Gramen typhinum phalaroides, majus, bulbosum aquaticum. *Barr. ic. 700. f. 1.*

β panicula ovata.

N. It. *Scagliola cangiante. Bert. l. c.*

Ad agrorum margines, in campis et in humidis.

Floret Majo Junio.

Perennis. Radix tuberosa, tuberibus oblongis superimpositis, subtus radiculas fibrosas, albidas, subpubescentes emittentibus. Culmi solitarii vel cœspitosi, erecti, 2-5 pedales, simplices, teretes, striati, glabri, superne nudi. Folia linearia, angusta, acuminata, striata. Vaginæ striatæ, læviusculæ. Ligula ovato-lanceolata, acutiuscula, integra, duas lineas longa. Panicula spiciformis, oblongo-cylindracea, vel ovata, obtusa, ab uno usque ad tres pollices longa. Valvæ calycinæ lanceolatæ, acutæ, mucronatæ, trinerves, nervis viridibus, carinatæ, carina sursum alata, ala angusta apice eroso-denticulata, cum mucronulo continua. Gluma corollina bivalvis, inclusa, valvis subæqualibus acutis, nitidis, subglabris vel aliquo villo basi instructis.

84. Ph. Nodosa. *L. syst. veg. ed. 13. p. 88. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 37. Guss. pl. rar. p. 23. et fl. sic. prodr. 1. p. 69. Bert. fl. it. I. p. 339.*

Ph. panicula spiciformi oblongo-lanceolata, valvis calycinis lanceolatis, acutis, carinatis, ala carinali angustissima, integra, corolla trivalvi villosa.

Ic. *Sibth. fl. græc. t. 56.*

Gramen typhinum arvense, bulbosa radice. *Barr. ic. 10*

N. It. *Scagliola cannerella. Bert. l. c.*

In arvis, et ad vias frequens.
Floret Majo Junio.

Perennis. Radix fibrosa, pubescens, supra tuberosa, tuberibus 2-3, oblongis, superimpositis. Culmus subtripedalis, erectus, plerumque solitarius, glaber, strictus. Folia linearia, acuminata, striata, læviuscula, margine scabriuscula. Vaginæ glabræ, striatæ. Ligula ovata, integra, obtusa. Panicula spiciformis oblongo-lanceolata, 1-3 pollices longa. Valvæ calycinæ lanceolatæ, acutæ, pallidæ, trinerves, nervo dorsali utrinque viridi, carinatæ, carinâ superne angustissima alata, ala integra, sublente margine scabriuscula cum apice continua. Corolla trivalvis, calyce dimidio brevior, valvis interioribus inæqualibus, villosis, acutis, valva exteriore minima, lineari-angusta, villosa.

## 29. PHLEUM.

*L. gen. p. 33. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. tab. 42. Palis. de Beauv. essais d'une nouv. agrost. p. 24. f. 4.*

*Calyx* 2-valvis, 1-florus, valvulis subæqualibus, compressis, mucronato-aristatis. *Corolla* 2-valvis, mutica, calyce inclusa. *Semen* liberum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

85. Ph. Felinum. *Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 42. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 24. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 380.*

Ph. spica ovato-oblonga, valvis calycinis truncatis, aristatis, aristis calyce longioribus, carinâ inferne ciliatis.

Ph. echinatum. *Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 25. Bert. fl. it. 1. p. 352.* an et *Host. gram. austr. 3. p. 8.* sed folia in descriptione Hostii aculeata dicuntur.

Gramen spicatum echinatum. *Cup. H. Cath. p. 89.*

Ic. Gramen spicatum echinatum. *Cup. pamph. sic. 2. t. 231. Bonanno t. 3. Raf. t. 64. f. 1.*

In collibus et in montosis ubique.

Floret Martio Majo.

Annuum. Radix fibrosa, gracilis, pubescens, ramulosa. Culmi solitarii vel cœspitosi, erecti, uni-sesquipedales, glabri, superne nudi. Folia linearia, acuminata, scabriuscula. Vaginæ glabræ, striatæ. Ligula late ovata, obtusa, duas lineas circiter longa. Panicula ovato-oblonga, densa, obtusa, ½-1 pollicem longa. Spiculæ patentes, inferiores deflexæ. Valvæ calycinæ subæquales truncatæ, maxima in parte membranaceæ, carinatæ, carina a basi usque ad medium ciliatæ, ciliis albis, longiusculis, trinerves, nervis viridibus in aristam calyce longiorem, subulatam, scabram desinentibus. Valvæ corollinæ calyce dimidio breviores, membranaceæ, inæquales, valva exteriore apice truncata dentata, interiore multo breviore, angustioreque, acuta, bidentata.

## 30. CRYPSIS.

*L. gen. pl. ed. Schreb. n. 1710. Lamk. ill. gen. 1. tab. 42. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 22. tab. 6. fig. 12.*

*Calyx* 2-valvis, 1-florus, valvulis inæqualibus, compressis, muticis. *Corolla* 2-valvis, mutica, calyce longior. *Semen* liberum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. pl. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

86. C. Schoenoides. *Lamk. ill. gen. n. 855. Desf. fl. atl. i. p. 62. Guss. pl. rar. p. 25. et fl. sic. prodr. 1. p. 72. Bertol. fl. ital. i. p. 365.*

C. culmis procumbentibus, ramosissimis, spicis ovatis, sessilibus, vagina suprema ovata involucratis, valvis calycinis subdentato-ciliatis.

Phleum schœnoides. *L. sp. pl. 88.*

Phalaris vaginiflora. *Sibth. et Smith. fl. græc. prodr. 1. p. 38.*

Ic. *Lamk. ill. gen. 1. tab. 42. f. 1. a b c non bona.* Heleochloa schœnoides. *Host. gram. austr. t. 1. p. 23. tab. 30.*

Gramen aquaticum, typhinum, supinum, italicum minus. *Barr. ic. 34.*

N. It. *Brignolo scheno. Savi fl. pis. i. p. 73. Brignolò. Bert. l.* c.

In pratis humidis, ad fluviorum ripas.

*Fiume Oreto presso il ponte di Corleone, e il ponte della Grazia. Sotto Monreale. Misilmeri.*

Floret Augusto Septembri.

Annua. Radix fibrosa, albida, pubescens. Culmi dense cœspitosi, procumbentes, diffusi, ramosissimi, compressi, glabri, subflexuosi, nunc 3-5 pollicares, nunc 1-2 pedales. Folia brevia, ½-1 pollicem longa, linearia acuminata, patentia, striata, margine scabra. Vaginæ glabræ, striatæ, apertæ, vagina suprema spathacea,

ovata, spicam basi amplectens. Loco ligulæ villorum series. Spica densiflora, ovata, obtusa, 5-10 lineas longa, sessilis. Valvæ calycinæ inæquales, lanceolatæ, acutæ, compressæ, albo-membranaceæ, carinatæ, carinâ viridi subdentato-ciliatâ. Corolla calyce paullulum longior, valvis corollinis subæqualibus, albo-membranaceis, altera glabra, tota albo-membranacea, altera carinâ viridi ciliolatâ instructa. Semen subbadium.

## 31. ALOPECURUS.

*L. gen. p. 33. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. 1. tab. 42. Palisot. de Beauv. essais d'une nouv. agrost. p. 4.*

*Calyx* 2-valvis, 1-florus, valvis subæqualibus. *Corolla* 1-valvis basi aristata. *Semen* liberum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 29. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

87. A. Bulbosus. *L. sp. pl. 1665. Presl cyp. et gram. sic. et fl. sic. prodr. p. 24. Guss. pl. rar. p. 28. et fl. sic. prodr. 1. p. 76. Bert. fl. ital. I. p. 372.*

A. radice bulbosa, spica cylindrica, gracili, valvis calycinis acutis, distinctis, villosis, aristâ corollinâ calyce duplo longiore.

Gramen typhoides, spicâ angustiori. *Cup. H. Cath. p. 88.*

Ic. Gramen typhinum, phalaroides, pilosa spica, aquaticum, bulbosum. *Barr. ic. 699. fig. 1.*

N. It. *Codino bulboso. Savi fl. pis. I. p. 78.*

N. Sic. *Mazzulina pizzuta, chiù minuta russicanti. Cup. l. c.*

In stagnis montosis vel in humentibus depressis. *Gurgo di Ddingoli. Mondello.*

Floret Majo Junio.

Perennis. Radix bulbosa, bulbo solitario vel sæpe duobus tribusve bulbillis cincto, ovato, solido, basi fibroso, fibris nigris, tortuosis, numerosis, ramulosis. Culmus e singulo bulbo solitarius, pedalis, vel sesquipedalis, erectus vel ascendens, simplex, glaber, striatus, supra aliquo tractu nudus. Folia anguste linearia, acuminata, striata, lævia, 2-3 pollices longa. Vaginæ subinflatæ, præcipue superior, striatæ, glabræ. Ligula ovato-lanceolata, acuta, integra, demum lacera. Spica terminalis, gracilis, cylindrica, obtusa, 1-½ poll. longa, e viridi-purpurascens. Valvæ calycinæ æquales, villosæ, distinctæ, acutæ, trinerves, nervis ciliatis, duobus lateralibus superne viridibus, nervo carinali toto viridi. Valva corollina calyce brevior, obtusa, integra vel suberosa, trinervis, basi aristata, arista gracili levi, in medio geniculata, calyce duplo longiore.

## 32. POLYPOGON.

*Desf. fl. atl. I. p. 66. R. Brown prodr. p. 173. Palis. de Beauv. essais d'une nouv. agr. p. 17. tab. 6. f. 8. Presl cyp. et gram. sic. p. 21. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 77. Bert. fl. it. I. p. 378.*

Alopecuri species. *L. gen. p. 33. Lamk. ill. gen. 1. tab. 42.*

Phlei species. *Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 42.*

Agrostidis species. *Willd. sp. pl. 1. part. 1. p. 363.*

Santia. *Savi memor. della società italiana delle scienze tom. 8. p. 479.*

*Calyx* 2-valvis, uniflorus, valvis subæqualibus, aristatis. *Corolla* 2-valvis calyce inclusa, valva altera sub apice aristata. *Semen* liberum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

88. P. Monspeliense. *Desf. fl. atl. i. p. 67. Presl cyp. et gram. sic. et fl. sic. p. 21. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 77. et suppl. 1. p. 19. Bertol. fl. ital. i. p. 379.*

P. panicula spiciformi, oblongo-lanceolata, lobata, valvis calycinis scabriusculis, apice integris, aristatisque, arista calyce subtriplo longiore.

Alopecurus monspeliensis. *L. sp. pl. 89.*

A. agrostis. *Ucria H. R. Pan. p. 56. non L.*

A. paniceus. *L. sp. pl. p. 90.*

Agrostis panicea. *Willd sp. pl. 1. part. 1. p. 363.*

Phleum crinitum. *Sibth. et Smith fl. græc. 1. p. 46. tab. 62.*

Santia plumosa. *Savi l. c. Seb. et Maur. fl. rom. prodr. p. 28.*

Gramen alopecurus minus, spica longiore. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 34.*

Ic. *Sibth. fl. græc. i. p. 46. tab. 62.*

Gramen alopecurus, majus, spica virescente, divulsa, pilis longior. *Barr. ic. p. 115. f. 2.*

Gramen paniceum palustre, spica alopecuroide sericea, cana. *Cup. pamph. 2. t. 238.*

Panicum maritimum, spica alopecuroide, sericea, incana. *Bonann. t. 51.*

N. It. *Coda di lepre. Bert. l. c.*

N. Sic. *Cuda di surci cu la spica modda, comu sita. Ucria l. c.*

Ad fossas, in humentibus frequens occurrit.

Annuum. Radix fibrosa, albida. Culmi cœspitosi, ascendentes, 2-3 pedes longi, et altiores, basi sæpe ramosi, teretes, glabri, striati, penitus vestiti. Folia linearia, 2-3 lineas lata, acuminata, scabra, striata. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, superior spicam ante anthesin basi obtegens. Ligula 2-3 linearis, oblonga, acuta, apice lacera, striata. Panicula spiciformis terminalis, oblongo-lanceolata, obtusa, 3-6 pollices longa, mollis, subflavescens, composita, lobata. Rachis et rami glabri. Valvæ calycinæ æquales, lanceolatæ, pubescenti-scabræ, apice integræ, obtusiusculæ, aristatæ, arista tenui, capillari, sub lente scabriuscula, calyce subtriplo longiore. Valvæ corollinæ subæquales, calyce multo breviores, valvula altera aristata, arista brevi, calycem æquante.

89. P. Maritimum. *Will. in nov. act. nat. cur. tom. 3. p. 443. Guss. pl. rar. p. 28. et fl. sic. pr. 1. p. 78. Bertol. fl. ital. I. p. 380.*

P. panicula spiciformi oblonga, valvis calycinis pubescentibus, apice dilatatis, exquisite ciliatis, bifidis, e sinu aristatis, arista calyce subquadruplo longiore.

Santia maritima. *Fiorini nuovo giorn. de' lett. di Pisa anno 1828 tom. 17. p. 111.*

Ic. *Guss. pl. rar. t. 5. f. 2.*

N. It. *Coda di lepre rossigna. Bert. l. c.*

In campis humidis præsertim maritimis.

*Boccadifalco. Mondello.*

Floret Aprili Majo.

Annuum. Radix fibrosa, gracilis. Culmus gracilis, humilis, a 3-pollicibus ad semipedem usque altus, raro pedalis, simplex, erectus, glaber, striatus. Folia anguste

linearia, acuminata, scabra. Vaginæ læviusculæ, striatæ, superior subinflata. Ligula 2-lineas longa, striata, apice truncata. Panicula terminalis spiciformis, oblonga, acutiuscula, pollicem fere longa, purpurascens, composita, raro lobata, vaginâ supremâ haud cincta. Flores præcedente minores. Valvæ calycinæ æquales, lanceolatæ, pubescentes, apice dilatatæ, obtusiusculæ, purpurascentes, exquisite ciliatæ, bifidæ, e sinu aristatæ, arista capillari calyce valde longiore. Valvæ corollinæ calycibus multo breviores, muticæ.

## 32. AIRA

*L. gen. p. 34. Juss. gen. p. 31. Lamk. ill. 1. t. 44. Lois. fl. gall. ed. 1. p. 45.*

*Calyx* 2-valvis, biflorus, flosculis longior. *Corolla* bivalvis, valva exteriore mutica, vel infra medium aristata, arista articulata. *Semen* liberum.

Airopsis. *Palis. de Beauv. p. 71. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 32. Desv. in journ. de bot. 1. p. 200. Lois. fl. gall. ed. 2. p. 56. Dec. fl. franç.* IV. *p. 262.*

Poæ species. *Dec. fl. franç.* III. *p. 64. et ic. pl. gall. rar. 1. p. 1.*

ORD. NAT. *GRAMINA. L. ord. nat.* IV. *GRAMINEÆ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç.* III. *p. 2.*

* *Muticæ.*

90. A. AGROSTIDEA. *Lois. notic. p. 16. Guss. fl.*

*sic. prodr. 1. p. 61. Spreng. syst. veg. 1. p. 276. Bertol. fl. ital. I. p. 443.*

A. culmo basi geniculato radicante, paniculæ ramis patentibus, capillaribus, trichotomis, valvis calycinis acutis.

Poa agrostidea. *Dec. ic. pl. gall. rar. fasc. 1. p. 1.*

Airopsis agrostidea. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 579. Lois. fl. gall. ed. 2. p. 56. Dec. fl. franç. IV. p. 262.*

A. Candollei. *Desv. Journ. de bot. 1. p. 200.*

Aira minuta. *Lois. fl. gall. ed. 1. p. 45. excl. syn.*

Caryophyllus arvensis, glaber, minimus. *Cup. H. Cath. p. 41.*

Gramen palustre, tenue, caryophylli arvensis, glabri minimi facie. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 33.*

Ic. *Dec. ic. pl. rar. gall. fasc. 1. tab. 1.*

N. It. *Capellini minuti. Bert. l. c.*

In stagnis montosis.

*Gurgo di Ddingoli.*

Floret Junio Julio.

Annua. Radix fibrosa. Culmus basi geniculatus, radicans, dein erectus, gracilis, glaber, inferne ramosus, dodrantalis. Folia anguste linearia, ½ lineam fere lata, acuta, glabra, vaginis striatis glabris. Ligula lanceolata, acuta. Panicula terminalis, patens. Pedunculi capillares, gemini, trichotomi, flexuosi, glabri. Spiculæ minimæ, glabræ, e viridi-purpurascentes, bifloræ. Valvæ calycinæ æquales, concavæ, ovatæ, acutiusculæ, flosculis longiores, utrinque purpurascentes, margine membranaceæ, carinâ viridi apicem versus scabriusculâ. Flosculi bini, alter sessilis, alter pedicellatus. Valvæ corollinæ concavæ, membranaceæ, apice truncatæ. Antheræ purpurascentes. Semen ovoideum glabrum, luteum.

Species elengantissima.

Caryophyllus arvensis, glaber, minimus. *Cup. H. Cath. p. 41.* a cl. Gussonio et postea a cl. Berto-

lonio ad airam caryophylleam relatus, ex ipsa emendatione Cupani (*H. Cath. suppl. alt. p. 33.*) ad hanc speciem pertinet.

** *Aristatæ.*

91. A. Capillaris. *Host. gram. austr. IV. p. 20. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 64. et suppl. 1. p. 16. Spreng. syst. veg. 1. p. 277. Bertol. fl. ital. 1. p. 457.*

A. panicula capillari, trichotoma, ramosa, patente, ramulis brevissimis, spiculis approximatis, valvis calycinis apice erosulis obtusis, sæpe cum acumine, flosculis scabriusculis, altero mutico, altero aristato, arista calyce subduplo longiore.

A. elegans. *Willd. ined. in Gaud. agrost. helv. 1. p. p. 136. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 682.*

Gramen tenue, avenaceum, versicolori panicula. *Cup. H. Cath. p. 244.*

Ic. *Host. gram. austr. IV. tab. 35.*

Gramen tenue, avenaceum, versicolori panicula. *Bonan. t. 145.*

Gramen phalaroides, sparsa panicula, minimum, angustifolium. *Barr. ic. 44. f. 1.*

N. It. *Ghingola Nebbia. Savi fl. pis. 1. p. 89.*

In collibus et in campis ubique.

Floret Aprili Majo.

Annua. Radix capillaris, fibrosa, albida. Culmus solitarius, erectus, simplex vel basi ramosus, a semipede ad pedem usque longus, gracilis, glaber, longo tractu nudus. Folia setacea, convoluta, striata, brevia, acuta, scabriuscula. Vaginæ striatæ, scabræ. Ligula acutiuscula, lineam vel sesquilineam longa. Panicula terminalis, primum stricta, in anthesi patens, demum erecto-patens. Rachis et rami scabriusculi. Rami capillares, trichotomi, purpurascentes, multiflori, ramulis scabris, brevissimis, unde spiculæ approximatæ. Valvæ

calycinæ æquales, ovato-lanceolatæ, concavæ, obtusæ, apice denticulatæ, vel erosulæ, sæpe cum acumine, carinâ scabriusculæ, membranaceæ, nitidæ. Flosculi calyce inclusi, sessiles, æquales, altero mutico, altero aristato, arista geniculata, calyce subduplo longior. Valva corollina exterior scabriuscula.

92. A. Intermedia. *Guss. fl. sic. prodr. suppl. 1. p. 16.*

A. panicula capillari, trichotoma, ramosissima, patentissima, ramulis elongatis, spiculis distantibus, valvis calycinis integris, obtusis, flosculis glabris, altero mutico, altero aristato, aristâ vix calyce exserta.

A. pulchella. *Moris. stirp. sard. elench. fasc. 1. p. 49.*

A. capillaris. var. *Bert. fl. ital. 1. p. 458.*

Ic. *Flor. Panorm. tab. IV.*

In collibus apricis.

*Parco* (Guss.) *Gibilrossa* (Todaro).

Floret Aprili Majo.

Annua. Radix ut in præcedente. Culmus semipedalis erectus, vel ascendens, solitarius, simplex, superne brevissimo tractu nudus, glaber. Folia setacea, convoluta, acuta, scabriuscula. Vaginæ scabræ, striatæ. Ligula linearis vel sesquilinearis, acuta. Panicula terminalis, patentissima, ejus rami capillares, trichotomi, ramulis elongatis, scabriusculis, flexuosis. Spiculæ distantes, solitariæ in apice ramulorum. Valvæ calycinæ æquales, ovatæ, concavæ, obtusæ, integræ, carinâ læviusculæ, membranaceæ, nitidæ. Flosculi turgiduli, sessiles, altero mutico, altero aristato, aristâ geniculata brevissima, calycem vix superante. Valva corollina exterior glabra.

Species pulchella et ab a. capillari, cui conjungitur a cl. Bertolonio, satis superque distincta.

## 33. CATABROSA

*Palisot de Beauv. essais d'une nouv. agrost. p. 97. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 42.*

*Calyx* bivalvis, 2-5-florus, flosculis brevior, valvaque corollina exteriore subtruncata, eroso-denticulata. *Semen* liberum.

Airæ species. *L. gen. pl. p. 34. Guss. fl. sic. prodr.* I. *p. 61. Bertol. fl. ital.* I. *p. 434.*
Poæ species. *Dec. fl. franç.* III. *p. 64. Gaud. fl. helv.* I. *p. 236.*

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat.* IV. *Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç.* III. *p. 2.*

93. C. Aquatica. *Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. expl. des planch. p. 13. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 696.*

C. culmo basi radicante, panicula patente, valvis calycinis et corollinis obtusis, crenatis, flosculis calyce longioribus.

Aira aquatica. *L. sp. pl. 95. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 49. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 61. Bertol. fl. ital.* I. *p. 442.*

Poa airoides. *Dec. fl. franç.* III. *p. 64.*

Ic. A. aquatica. *Host. gram. austr. 2. tab. 21.*

N. It. *Gramigna di padule. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 9.* ex Bert.

In humidis ad rivulos et in paludosis frequens.

Perennis. Radix repens. Culmus basi radicans, ramosus, ascendens, sesqui-bipedalis, glaber, striatus. Folia linearia, 1-½-2 lineas lata, obtusiuscula, glabra, striata, margine scabriuscula. Vaginæ striatæ, glabræ, subcompressæ. Ligula oblonga, acutiuscula vel erosa. Panicula multiflora, patens, a semipede ad pedem usque longa. Rachis glabra. Paniculæ rami alterne semiverticillati, inæquales, glabri, subflexuosi, simplices vel ramulosi. Spiculæ parvæ e viridi-purpurascentes, plerumque biflora, flosculo altero sessili, altero pedicellato, raro unifloræ, compressæ, obtusæ. Valvæ calycinæ obtusæ, apice membranaceæ, crenatæ, inæquales, majore obtusissimâ trinervi, minore uninervi, nervis viridibus, sublente pubescentibus, nunquam usque ad apicem productis. Valvæ corollinæ obtusæ, æquales, calyce similes, longioresque, exterior trinervis, interior binervis apice emarginata, ad margines inflexa.

## 34. MELICA

*L. gen. p. 34. Juss. gen. p. 31. Lamk. ill. gen. p. 1. tab. 44. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 68. tab. 14. f. 45.*

*Calyx* 2-valvis 3-4florus, valvis inæqualibus. *Flosculi* unus vel duo inferiores fertiles, reliqui stipitati abortivi corpus turbinatum formantes. *Semen* liberum corolla cartilaginea tectum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. p. 2.*

* *Flosculo inferiore barbato.*

94. M. Ciliata. *L. sp. pl. 97. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 50. Desf. fl. atl. 1. p. 71. Ucria H. R. Pan. p. 58. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 41. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 66. Bert. fl. ital. 1. p. 487.*

M. panicula spicata, cylindrica, spiculis subtrifloris, flosculi inferioris valva corollina exteriore marginem versus longe villosa.

Ic. *Host. gram. austr. 2. p. 10. tab. 12.*

Gramen sparteum, alopec. spica sericea glumosa, typhyna. *Barr. ic. 3. f. 2.* non bona.

β panicula ramosa, lobata.

Ic. Gramen sparteum alopec. spica sericea glumosa. *Barr. ic. 3. f. 1.*

N. It. *Gramigna barbata. Bert. l. c. Melica pelosa. Savi fl. pis. 1. p. 91.*

N. Sic. *Gramignedda simili a la vena. Ucria l. c.*

Ad vias, in collibus et in sylvaticis.

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix subrepens, fibris pubescentibus. Culmus solitarius, erectus, subtripedalis, teres, rigidus, striatus, glaber, longo tractu nudus, prope paniculam sæpe scaber, inferne nonnullis squamis pallidis vestitus. Folia anguste linearia, acuminata, striata, scabra. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabriusculæ. Ligula 2-3 linearis, apice laciniata. Panicula terminalis, composita, cylindrica, densiflora, sæpe basi interrupta, in var. β rami ejus elongati, unde lobata videtur. Rachis striata, scabra: rami flexuosi, scabriusculi. Spiculæ lanceolatæ, 2 vel 3-floræ. Valvæ calycinæ valde inæquales, nitidæ, exterior ovato-lanceolata, acuta, subtrinervis sed etiam quinquenervis, nervis duobus lateralibus obsoletis, interior lanceolata, acuminata, exteriore

duplo longior, flosculos superans, subquinquenervis, Valvæ calycinæ flosculi inferioris fertili inæquales, exterior oblongo-lanceolata, acutiuscula, multinervis, nervis sub lente scabris, marginem versus tantum longe villosa, villis albis sericeis; interior minor oblonga, membranacea, glabra, ad margines obsolete ciliatos inflexosque utrinque uninervis, apice bidentata. Antheræ oblongæ, luteæ, filamentis villosis. Flosculis alter sæpe neuter, præcedenti minor, multinervis, glaber, cum rudimento tertio flosculi.

** *Flosculis omnibus imberbibus.*

✠ 95. M. Uniflora. *Retz obs. 1. p. 10. Will. sp. pl. 1. p. p. 383. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 51. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 68. Bertol. fl. ital. 1. p. 491.*

M. panicula ramosa, pauciflora, secunda, spiculis erectis subbifloris, longiuscule pedicellatis, flosculo inferiore fertili.

Gramen montanum, avenaceum, locustis rubris. *Cup. H. Cath. p. 86.*

Ic. *Host. gram. austr. 2. tab. 11.*

N. It. *Vena rossa. Bert. l. c. Melica uniflora. Savi fl. pis. 1. p. 93.*

In asperis montosis.

*Pizzuta.*

Floret Majo Junio.

Perennis. Radix repens, fibris ramulosis sparse villosis. Culmus solitarius, erectus, subbipedalis, striatus, glaber. Folia linearia 1-½-2 lineas lata, acuminata, striata, scabriuscula. Vaginæ striatæ, glabræ. Ligula brevissima, truncata. Panicula terminalis, subsecunda, ramosa, ramis inferioribus ut plurimum ternis, mediis geminis, superioribus solitariis, omnibus divisis, flexuosis scabriusculis. Spiculæ longiuscule pedicillatæ, erectæ,

ovatæ, subbifloræ, purpurascentes. Valvæ calycinæ parum inæquales, oblongo-lanceolatæ, acutæ, purpurascentes, exterior major quinquenervis, interior trinervis. Flosculi inferioris fertili valvæ corollinæ inæquales, exterior major subcartilaginea, pallide viridis, oblonga, obtusa, concava, subquinquenervis, nervis lateralibus obsoletis, valva interior minor, oblonga, albo-membranacea. Flosculus alter abortivus, stipitulatus.

96. M. Pyramidalis. *Bertol. amœn. ital. p. 329. Presl cyp. et gram. sic. p. 41. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 67. Bertol. fl. ital. 1. p. 494.*

M. panicula ramosa, multiflora, spiculis nutantibus, quadrifloris, foliis angustis vaginisque scabriusculis, ligula brevi, sublacera.

M. major. *Sibth. et Smith. fl. græc. pr. 1. p. 51.*

Ic. Gramen avenaceum, longa et erecta panicula, violaceum. *Barr. ic. 96. f. 1.*

Gramen avenaceum, locustis pulchris, medio purpureo-fuscis. *Cup. pamp. 1. t. 186.*

N. It. *Melica pannocchiuta. Bert. l. c.*

In collibus, in rupium fissuris et in sylvaticis.

*S. Ciro. S. Maria di Gesù. Presso il fiume Oreto.*

Floret Aprili Majo.

Perennis. Radix fibrosa, pubescens. Culmi teretes, erecti, vel ascendentes, subtripedales, altioresve, striati, glabri. Folia linearia, 1-2 lineas lata, striata, in paginâ inferiore scabriuscula vel scabra, primum plana, dein arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, scabriusculæ. Ligula brevis, semilinearis, truncata sublacera. Panicula terminalis, subpedalis, composita, ramosa, ramis inferioribus geminis, superioribus solitariis, longitudine inæqualibus, divisis, flexuosis, multifloris, in anthesi patentibus. Pedicelli apice pubescentes. Spiculæ quadrifloræ, nutantes, e viridi-purpurascentes. Valvæ calycinæ oblongo-lanceolatæ, acutæ, margine scarioso, nitido, re-

liqua parte e viridi-purpurascentes, inæquales, altera major flosculis longior, obsolete 5-nervis, altera brevior latior. Flosculi duo inferiores fertiles, superiores abortivi. Flosculorum fertilium valvæ corollinæ inæquales, exterior major ovato-lanceolata, acuta, concava, multinervis, interior albo-membranacea, acutiuscula, ad margines utrinque nervo dense villoso instructa. Flosculi abortivi corpusculum conicum stipitatum efformantes.

97. M. Minuta. *L. mant. 1. p. 32. Sibth. et Smith fl. græç. prodr. 1. p. 50. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 67. et suppl. 1. p. 17. Bert. fl. it. I. p. 497.*

M. panicula snbsimplici, pauciflora, spiculis nutantibus, quadrifloris, foliis angustissimis convolutis, vaginisque læviusculis, ligula mediocri integra.

M. aspera. *Desf. fl. atl. 1. p. 71.* ex ejus herbario! *(Guss. fl. sic. suppl. 1. p. 17.)*

Ic. M. nutans. *Cav. Ic. et descr. 2. p. 58. tab. 175. fig. 1.*

Gramen avenaceum tenui spicataque panicula albis utriculis. *Barr. ic. 96. f. 2.*

N. It. *Melica minuta. Bert. l. c.*

In saxorum rimis mari finitimis.

*Billiemi presso Sferracavallo.*

Floret Aprili Majo.

Perennis. Culmi cœspitosi, ascendentes, a tribus pollicibus ad semipedem longi sed quandoque pedales, graciles, ramosi, striati, glabri, basi squamis nonnullis vestiti. Folia linearia, angustissima, læviuscula vel lævia, striata, cito arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, læviusculæ. Ligula a semilinea ad sesquilineam longa , integra, vel bifida. Panicula parum ramosa, vel simplex, secunda, pauciflora. Spiculæ nutantes, quadrifloræ. Pedicelli apice pubescentes. Valvæ calycinæ inæquales, purpuro-violaceæ, margine scarioso, nitido, altera brevior ovato-acuta, altera longior sed flosculis semper bre-

vior, oblongo-lanceolata, acuta, subquinquenervis. Flosculorum duorum inferiorum fertilium valvæ corollinæ inæquales, exterior major acuta, concava, subseptemnervis, sæpe dorso violacea, interior albo-membranacea, obtusiuscula, ad margines ciliolatos inflexa. Flosculi duo steriles in corpusculum turbinatum configurati.

## † LAPPAGO.

*Schreb. Linn. gen. p. 1. p. 55.*

Tragus. *Hall. hist. stirp. indig. Helv. 2. p. 203. Desf. fl. atl. 2. p. 3. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 23. tab. 6. fig. 13.*

Cenchri species. *Linn. sp. pl. 1487.*

*Calyx* 2-valvis, 1-florus, valvula exteriore majore, echinata, cartilaginea, interiore minutissima, nuda. *Corolla* 2-valvis, nuda. *Semen* liberum, corolla tectum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. iv. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. iii. p. 2.*

† L. Racemosa. *Will. sp. pl. 1. part. 1. p. 484. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 79. Bert. fl. ital. i. p. 821.*

Cenchrus racemosus. *L. sp. pl. 1487.*

Tragus racemosus. *Desf. fl. atl. 2. p. 386. Presl cyp. et gram. sic. et fl. sic. prodr. p. 19.*

Ic. *Host. gram. austr. 1. tab. 56.*

Gramen caninum, maritimum, spicatum, echinatis glumis. *Barr. ic. 718.*

N. It. *Gramigna lappola. Bert. l. c.*
In maritimis arvis arenosis
*Palermo (Presl).*
Floret Majo Junio.
Species nondum a me et a cl. Gussonio, ab aliisque botanicis prope Panormum inventa.

## 35. SETARIA,

*Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 51. tab. XIII. f. 3. Röem et Schultz syst. veg. 2. p. 97. Presl fl. sic. pr. ac cyp. et gram. sic. p. 19.*

Panici species. *L. gen. p. 23. Juss. p. 29. Lamk. ill. gen. 1. tab. 43. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 79. Bert. fl. ital. I. p. 417.*

*Calyx* 2-valvis, valvula inferior minima, 2-florus. *Flosculus* inferior neuter vel masc. Flosculi superiores hermaphroditi. *Corolla* 2-valvis, valvulis coriaceo-induratis. *Spiculæ* setis duabus vel pluribus involucratæ. *Semen* inclusum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

99. S. Verticillata. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 488. Ten. syll. p. 40. n. 2.*

S. panicula spiciformi, subverticillata, involucellis unifloris, bisetis, aculeato-scaberrimis, aculeis retrorsum versis.

Panicum verticillatum. *L. sp. pl. 82. Desf. fl. atl.*

*1. p. 57. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 79.* var. *α. Bert. fl. ital. 1. p. 418.*

P. italicum. *Ucria H. R. Pan. p. 54.* ex synonimo siculo, nam panicum verticillatum ejusdem auctoris ad agrostin verticillatam procul dubio pertinet. Panicum italicum planta est non in Sicilia nec in Italia indigena, sed culta.

Gramen paniceum spica simplici. *Cup. H. Cath. p. 88.*

Ic. *Host. gram. austr. 2. tab. 13.*

Gramen paniceum spica simplici. *Cup. pamph. sic. 2. t. 18. et ex. bibl. publ. 2. t. 217.*

Panicum sylvestre, spicâ simplici aspera, *Bon. t. 131.*

N. It. *Panicastrella Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 72.*

N. Sic. *Mal' erva cu la spica chi si attacca a li causetti, o vesti. Cup. H. Cath. p. 88. Mpiccicalora Ucria l. c.* et vulgo.

In hortis, in cultis, ad vias ubique.

Floret Augusto Novembri.

Annua. Radix fibrosa. Culmi ascendentes, basi compressi, superne teretes, ramosi, prope paniculam scabriusculi, striati. Folia linearia, 2-3 lineas lata, acuminata, utrinque scabra, carinata. Vaginæ laxiusculæ, compressæ, glabræ. Ligulæ loco villi breves, semilineam longi, albi. Panicula in ramorum culmorumque apicibus, subspicata, cylindrica, acutiuscula, 1-2 pollices fere longa, subverticillata, verticillis approximatis, vel inferioribus distantibus. Setæ duo in quaque spicula, inæquales, flosculis subduplo longiores, retrorsum aculeatæ, scaberrimæ. Valvæ calycinæ valde inæquales, altera minima submembranacea, ovata, acutiuscula, uninervis, nervo dorsali purpureo, altera longitudine flosculum hermaphroditum æquans, 5-7-nervis, nervis etiam purpurascentibus. Flosculi sterilis valva exterior ejusdem formæ valvæ calycinæ majoris, interior angustior albo-membranacea. Flosculi hermaphroditi valvæ cartilagineæ, exterior minute punctata, convexa, obtusa, interiorem planam angustioremque amplectens.

100. S. Viridis. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 488.*

S. panicula spiciformi, spiculis confertis, involucellis unifloris, multisetis, subaculeolatis, aculeolis sursum versis.

Panicum viride. *L. sp. pl. 83. Ucria. H. R. Pan. p. 54? Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 80. Bertol. fl. ital. 1. p. 42..*

Ic. *Host. gram. austr. 2. tab. 14.*

N. It. *Panicastrella. Panico salvatico. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 72.*

In cultis, in arvis et ad agrorum margines, sed præcedente minus obvia.

Annua. Radix fibrosa, fibris ramulosis. Culmi erecti vel ascendentes, ramosi, subbipedales et ultra, superne aliquo tractu nudi, ibique scabriusculi. Folia linearia, 2-4 lineas lata, semipedem fere longa, acuminata, striata, scabriuscula, margine subundulata, præcipue juniora. Vaginæ striatæ, læviusculæ, numquam vidi pubescentes, ut ex diagnosi specifica Röemerii et Schultezii, compressæ. Ligulæ loco villorum series. Panicula terminalis 2-3 pollices longa, spiciformis, cylindrica, obtusa, densiflora. Spiculæ confertæ, haud verticillatæ. Setæ 2-7, basi pedicellorum affixæ, virides, flosculis multo longiores. Valva calycina exterior minima, ovata, acuta, subtrinervis, nervis lateralibus obsoletis, supra evanescentibus; reliqua ut in præcedente.

Ucriæ synonimon potius ad hanc speciem quam ad sequentem mihi videtur spectare.

De Panico viridi *Desf. fl. atl. 1. p. 58.* confer *Guss. fl. sic. prodr. suppl. 1. p. 20.*

101. Glauca. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 490. Presl fl. sic. prodr. et cyp. et gram. sic. p. 19.*

S. panicula spiciformi elongata, involucellis unifloris multisetis, fasciculatis, denticulatis, denticulis sursum

versis, valva corollina externa flosculi hermaphroditi transverse undulato-rugosa.

Panicum glaucum. *L. sp. pl.* 83. *Desf. fl. atl.* I. *p.* 57. *Biv. cent.* 1. *p.* 63. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 31. *Bert. fl. ital.* I. *p.* 421.

Gramen paniceum spica longiori ac rarioribus glumis fulvida. *Cup. H. Cath. p.* 88. qui setariæ verticillatæ varietatem putat.

Gramen paniceum, simplici panicula longiori, alopecuroide, cana. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p.* 33.

Ic. *Host. gram. austr.* 2. *t.* 16.

Gramen paniceum, spica simplici longiori, aristis e-flavo-rubris armata. *Cup. pamph. ex. bibl. publ.* 2. *t.* 64.

Gramen paniceum, simplici panicula longiori, alopecuroide, cana. *Cup. pamph.* 2. *tab.* 28.

N. It. *Pesarone. Bert. l. c.*

Floret Augusto Novembri.

Annua. Radix fibrosa, albida, ramulosa. Culmi cæspitosi, plerumque pedales sed aliquando in fertilioribus subtripedales, basi decumbentes vel ascendentes, compressi, striati, apice nudi, glabriusculi. Folia fere ut in præcedente, sed minus scabra, in pagina superiore prope basin pilis longis albis instructa. Ligulæ loco series villorum. Vaginæ glabræ, striatæ. Panicula spiciformis, terminalis, simplex, plus minusve elongata, ab uno pollice usque ad tres longa, obtusa, e viridiflavescens. Spiculæ confertæ. Rachis subscabra. Involucellæ uniflora, multisetæ, setis fasciculatis, inæqualibus, flosculo subtriplo longioribus, flavescentibus, denticulatis, denticulis sursum versis. Valvæ calycinæ subæquales, flosculis dimidio breviores, valva exterior late ovata, margine submembranaceo, obtusa, trinervis vel 5-nervis, nervis duobus exterioribus obsoletis; valva interior ovato-acuta, angustior trinervis. Flosculi hermaphroditi valva corollina exterior convexa, ovata,

acuta, transverse undulato-rugosa, valvam corollinam interiorem, angustiorem, minute granulatam amplectens. Flosculi masculi valvæ corollinæ inæquales, exterior major, ovata, mucronulata, quinquenervis, interior angustior, ad margines nervo viridi inflexo instructa. Antheræ nigro-purpurascentes.

A præcedente, cui habitu valde affinis, satis superque distincta.

Synonimon Cupani gramen paniceum, spica longiori ac rarioribus glumis fulvida. *Hort. Cath. suppl. alt. p. 33.* a cl. Gussonio citatum non inveni.

## 36. ECHINOCLOA

*Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 33. tab.* XI. *f. 2. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 26.* Panici species. *L. gen. pl. p. 23. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. 1. tab. 43. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 81. Bert. fl. ital.* I. *p. 417.*

*Calyx* 2-valvis, valvula inferiore minima, basi convoluta, 2-florus. *Flosculus* inferior masculus vel neuter. Flosculi superioris hermaphroditi *corolla* 2-valvis, valvulis coriaceo-induratis. *Spica* composita, spiculis unilateralibus. *Semen* inclusum.

ORD. NAT. *GRAMINA. L. ord. nat.* IV. *GRAMINEÆ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç.* III. *p. 2.*

102 E. CRUS GALLI. *Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 478. Palis. de Beauv. l. c. p. 8. tab. 11. f. 2.*

E. spicis alternis conjugatisque subcompositis, flosculi neutri valva corollina exteriore longe aristata, rachide angulata, ramisque ad pedicellorum insertionem barbatis.

Panicum crus galli. *L. sp. pl. 83. Ucria H. R. Pan. p. 54. Desf. fl. atl. 1. p. 58. Biv. cent. 1. p. 64. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 81. Bert. fl. ital. 1. p. 423.*

Ic. Panicum sylvestre panicula divulsa. *Cup. pamph. sic. ex. bibl. publ. 2. t. 86. et tab. 147.*

Graminis genus dens caninus 2. sive

Panicum sylvestre panicula divulsa. *Bon. t. 8.*

*β muticum*, flosculi neutri valva corollina exteriore acuminato-aristata.

Gramen paniceum palustre, spicis multis angustis, successivis, rubro-nigricantibus. *Cup. H. Cath. p. 88.* potius ad varietatem quam ad speciem pertinet.

Ic. Gramen panicum seu paniceum sylvestre, spicis e viridi atro-rubentis. *Cup. pamph. sic. ex. bibl. publ. 2. t. 104. et t. 142.*

Gramen panicum seu paniceum sylvestre palustre, spicis e viridi-atro-rubentibus Cupani, seu panicum sylvestre panicula alterna divisa e viridi atrorubente, *Bon. t. 93.*

N. It. *Panicastrella, panico salvatico. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 71.*

N. Sic. *Mpiccicalora cu la spica ramusa Ucria l. c.*

In humidis, ad rivulos, ad agrorum margines, et ad vias frequentissime invenitur, var *β* magis obvia.

Floret Julio Novembri.

Annua. Radix fibrosa. Culmi dense cœspitosi, decumbentes, 1 ½ 3 pedes alti, crassiusculi, compressi, ramosi, striati, glabri, ad genicula infracti. Folia late linearia, fere pedalia, 3-4 lineas lata, acuminata, striata, in pagina superiore scabriuscula, ad margines scabra et plerumque subundulata. Vaginæ compressæ, striatæ, glabræ, laxiusculæ. Ligula nulla, sed ligulæ loco ma-

cula obscura invenitur. Panicula terminalis, composita, a tribus pollicibus usque ad pedem fere longa, subsecunda. Rachis angulata, striata, angulis scabra, ad ramorum insertionem pilis longis paucis albis barbata. Spicæ alternæ, inferiores ut plurimum geminæ, longiores et subdivisæ, superiores breviores, ad pedicellorum basin pilis ut in rachide instructæ. Spiculæ unilaterales, biflora, virides vel purpurascentes. Valvæ calycinæ valde inæquales, altera minima, glabriuscula, cordato-ovata, acuta, trinervis, nervis viridibus, altera valde major, flosculos longitudine æquans, ovata, acuminata, scabra, 5-nervis, nervis purpurascentibus apicem versus sparse ciliatis. Flosculi hermaphroditi valvæ corollinæ glabræ, nitidæ, subcartilagineæ, æquales, exterior ovata, convexa, obsoletissime 3-5 nervis, sub lente tenuissime et elegantissime striata. Flosculi neutri valva exterior valvæ calycinæ majori similis, ovata, viridis vel purpurascens, subseptemnervis, nervis exterioribus apicem versus ciliatis, nervo medio in aristam nunc brevem, nunc pollicem fere longam protracto: valva corollina interior præcedente multo minor, ovata, acutiuscula, albo-membranacea, diaphana, margine inflexo sub lente ciliolato.

In var. *β* valva corollina exterior flosculi neutri acuminato-aristata.

103. E. Zonalis Nob.

E. spicis alternis conjugatisque simplicibus, spiculis muticis, rachide trigona glabra, foliis rubro-zonatis.

Panicum zonale. *Guss. index seminum H. R. Bocc. an. 1825. et fl. sic. prodr. 1. p. 82. et suppl. 1. p. 20. Bert. fl. ital. I. p. 426.*

P. numidianum. *Presl cyp. et gram. sic. p. 19.* non Desf.

P. hæmatodes. *Presl fl. sic. p. XLIII.*

P. crus galli varietas, foliis rubro-maculatis. *Biv. cent. 1. p. 65.*

P. colonum. *Moretti Dec. 2. p. 7.* non L.

Gramen paniceum tenellum, spicis cristatis, angustis successivis, obscuro-virescentibus. *Cup. H. Cath. suppl. alt. p. 34.*

Ic. *Flor. Panor. tab. v.*

β foliis immaculatis. *Bert. l. c.*

N. It. *Raspellone macchiato*, var. β. *Raspellone senza macchie. Bert. l. c.*

In humidiusculis et ad vias var. α. passim occurrit; var. β magis rara.

Floret Augusto Octobri.

Annua. Radix fibrosa. Culmi dense cœspitosi, decumbentes, subpedales, ramosi, compressi, striati, glabri, vel in parte superiore sub lente villosuli. Folia linearia 1-½ lineas lata, acuminata, glabra, ad margines scabriuscula, in var. α æqualibus intervallis zonis transversis rubris maculata. Vaginæ compressæ, striatæ, glabræ. Ligula nulla. Panicula terminalis, præcedente gracilior, subtripollicaris, subsecunda. Rachis trigona striata, glabra, villis ad ramorum insertionem omnino carens. Spicæ alternæ, raro inferiores geminæ, simplices, lineares, obtusæ. Pedicelli scabriusculi. Spiculæ præcedente minores, unilaterales, muticæ. Valvæ calycinæ inæquales, altera minima cordato-ovata, acuta, trinervis, nervis viridibus, scabris, altera multo major ovato-acuminata, convexa, exquisite 5-nervis, nervis scabris. Flosculi hermaphroditi valvæ corollinæ glabræ, nitidæ, cartilagineæ, exterior major ovato, acuta, trinervis, nervis obsoletis, viridibus, interior angustior longitudinaliter tenuissime striata. Flosculi neutri valva corollina exterior ovato-acuminata, mutica, sub 5-nervis, nervis viridibus apicem versus sparse ciliatis; corollina interior albo-membranacea, obtusa, margine inflexo.

De panico colono Lin., cui plantam Gussonii Morettius ac Trinius retulerunt confer. *Bert. l. c.*

## 37. PANICUM.

*L. gen. p. 23. Juss. gen. p. 29. Lamk. ill. gen. 1. tab. 43. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 45. tab. 10. f. 1-5. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 24. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 83. Bertol. fl. it. I. p. 430.*

*Calyx* 2-valvis, valvulis valde inæqualibus. Flosculis inferior unisexualis vel neuter. Flosculi superioris hermaphroditi *corolla* 2-valvis, valvis coriaceo-induratis. *Panicula* composita, ramosissima, effusa.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

104. P. Repens. *L. sp. pl. 87. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 41. Desf. fl. atl. 1. p. 60. Biv. cent. 1. p. 63. Presl cyp. et gram. sic. p. 18. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 87. Bert. fl. ital. 1. p. 430.*

P. panicula virgata diffusa, spiculis geminis, glaberrimis, foliis divaricatis, culmo basi incrassato, radice repente.

P. polystachyon. *Ucria H. R. Pan. p. 54.* ex loco non L.

Gramen palustre juba et raro semine Sorghi, foliis angustis intra se collectis. *Cup. H. Cath. p. 90. et suppl. atl. p. 33.*

Ic. *Sibth. fl. græc. t. 61.*

Gramen arundinaceum, Sorghi panicula sparsa. *Cup. pamph. 2. t. 59. Bonan. t. 4. Raf. t. 4. f. 1.*

N. It. *Panico delle arene. Bert. l. c.*

N. Sic. *Gramigna cu xiuriddi 'ncarnati. Ucria l. c.*

In rivulis, ad fluviorum ripas et in humidis ubique.

Floret Junio Octobri.

Perennis. Radix repens, stolonifera, fibris ramulosis, crassiusculis, pubescentibus. Culmus simplex, erectus, subbipedalis et ultra, basi squamis striatis, glabris obductus. Folia linearia, lineam fere lata, acuminata, glabra, vel propre basin villosiuscula, in pagina superiore scabriuscula, striata, margine scabra. Vaginæ striatæ, villosæ, subcompressæ. Panicula terminalis composita, diffusa, virgata. Rami ejus alterne erecto-patuli, subflexuosi, laxiflori, scabri. Spiculæ parvæ, geminæ, ovoideæ, inæqualiter pedicellatæ. Valvæ calycinæ multo inæquales, altera minima subovata, obtusissima, albida, nervosa, altera tri-quatruplo longior flosculis longitudine, lanceolata, acuta, obsolete septemnervis. Flosculi hermaphroditi valvæ corollinæ glabræ, nitidæ, subcartilagineæ, exterior convexa, sub lente obsoletissime striata, margine inflexo, valvam corollinam interiorem amplectens. Antheræ luteæ, stigmata exserta, purpurascentia vel fusca. Flosculi masculi valvæ corollinæ inæquales, exterior valvæ calycinæ majori omnino similis, interior albo-membranacea nervo viridi utrinque ad margines instructa. Antheræ etiam luteæ.

105. P. Compressum. *Biv. man. IV. p. 6. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 83. Bert. fl. ital. I. p. 431.*

P. panicula erecto-patula, ramis inferioribus subverticillatis, spiculis ciliatis, foliis vaginisque molliter villosis, culmo compresso, ramoso.

Ic. *Guss. fl. sic. tab. 28.* ex ipso Auctore.

N. It. *Panico tardivo. Bert. l. c.*

In montosis et ad rupes calcares.

*Monte Pellegrino, Monte Gallo.*

Floret Novembri Januario.

Perenne. Radix fibrosa, pubescens. Culmi erecti, basi decumbentes, subbipedales, compressi, nodosi, ramosi, striati, inferne villosiusculi, superne glabri, nudi. Folia linearia, 3-lineas circiter lata, 5-7 pollices longa, acuminata, plana, striata, in utraque pagina pilis brevibus molliter pubescentia, margine tantum scabra. Vaginæ striatæ, compressæ, carinatæ, villosiusculæ. Ligulæ loco villi albi, breves. Panicula terminalis, 3-5 pollices longa, erecto-patula, multiflora. Rachis striata, glabriuscula. Rami inferiores subverticillati inæquales, simplices vel divisi, flexuosi, scabriusculi. Rami superiores breviores, sæpe alterni. Spiculæ parvæ, numerosæ, ovoideæ, purpurascentes. Valvæ calycinæ valde inæquales, altera minor, ovata, concava, obtusissima vel truncata, extus villosa, subtrinervis, nervis obscure purpurascentibus, altera triplo major, elliptica, concava, acutiuscula, villosa, obsolete quinquenervis, nervis plerumque subviridibus. Flosculi hermaphroditi valvæ corollinæ valva calycina majore breviores, inter se æquales, albæ, ovatæ, obtusiusculæ, glabræ, rugulis transversis pulchris notatæ; exterior subquinquenervis. Flosculi neutri valvæ corollinæ valde inæquales, exterior valvæ calycinæ majori similis, interior minor, albo-membranacea, utrinque nervo viridi, margine instructa.

Cl. Bivona calycem trivalvem hujus speciei describit, etenim valvam corollinam exteriorem flosculi neutri sicut calycinam putat; valva corollina interior ejusdem flosculi hermaphroditi ab ipso cl. Auctore numquam descripta invenitur.

## 38. CYNODON.

*Will. en. H. R. Berol. 1. p. 90. Palis. de Beav. ess. d'une nouv. agrost. p. 37. tab. 9. fig. 1. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 20.*

Panici species. *L. sp. pl. p. 32.*

Digitaria. *Schrader fl. germ. 1. p. 165.*

Paspali species. *Dec. fl. franç. III. p. 15.*

*Calyx* 2-valvis, valvulis inæqualibus, patentibus, 1-florus. *Corolla* 2-valvis, calyce major, compressa, cartilaginea. Spica digitata, spiculis uniseriatis. *Semen* corolla corticatum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

106. C. Dactylon. *Will. l. c. Guss. fl. sic. pr. 1. p. 84. Bert. fl. ital. I. p. 412.*

C. spicis digitatis, patentibus, subquinis, valvis calycinis patentissimis, scabris, stolonibus repentibus.

Panicum dactylon. *L. sp. pl. 35. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 40. Ucria H. R. Pan. p. 54.*

Digitaria stolonifera. *Schrader fl. germ. 1. p. 165.*

Gramen dactylon folio arundinaceo, majus et minus cum appendice. *Cup. H. Cath. p. 88.*

Ic. Panicum dactylon. *Host. gram. austr. 2. p. 15. tab. 18.* Digitaria stolonifera. *Schrader l. c. tab. 3. f. 9.*

Gramen crucis, seu cruciatum tetradactylon. *Barr. ic. 753. f. 1.*

N. It. *Capriola. Targ. Tozz. diz. bot. tom. .2 p. 42. Gramigna. Bert. l. c.*

N. Sic. *Gramigna di cavaddi cu la radica caddozzi caddozzi, o cordi cordi. Cup. l. c. Gramigna vera o cu la radica caddozzi caddozzi. Ucria l. c.* Panormi nomine usitatissimo *Gramigna.*

In arvis sterilibus humidisque, in cultis, et in herbosis maritimis ubique invenitur.

Perenne. Radix maxime repens, quo charactere agris valde infesta, squamosa, squamis albis, acutiusculis, striatis, villoso-pubescentibus. Culmi repentes, ascendentes, glabri, subpedales et altiores, ramosi. Folia linearia, lineam fere lata, 2-3 pollices longa, acuminata ut plurimum plana, scabra, præsertim in marginibus, villosa, glabro-virentia. Vaginæ striatæ, villosiusculæ vel glabræ, laxæ. Ligulæ loco villi longi, albi, numerosi. Spicæ terminales, digitatæ, plerumque 5-6, sed etiam 4-7, umbellæ modo dispositæ, pollicem vel sesquipollicem longæ, graciles, lineares, basi pilis brevibus barbatæ. Spiculæ parvæ, solitariæ, sessiles, uniseriatæ, e viridi-purpurascentes. Valvæ calycinæ in anthesi patentissimæ, lanceolatæ, acuminatæ, vix inæquales, corolla breviores, membranaceæ, carinatæ, carina viridi, sub lente serrulata. Valva corollina exterior cartilaginea, compressa, carinata, obtusa, utrinque glabra, et sæpe purpurascens, carina villosula, valva interior angustior.

## 39. DIGITARIA.

*Willd. enum. H. Berol. 1. p. 91. Juss. gen. p. 29. Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p. 50. tab. 10. fig. 52. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 25.*

Panici species. *L. sp. pl. p. 23.*

Syntherisma. *Schrader fl. germ. 1. p. 160.*
Paspali species *Dec. fl. franç. III. p. 15.*

*Calyx* subtrivalvis, valva tertia minima subinconspicua, 1-florus. *Corolla* 2-valvis, cartilaginea. *Spica* subdigitata. *Semen* corolla corticatum.

Ord. Nat. *Gramina. L. ord. nat. IV. Gramineæ. Juss. gen. p. 28. R. Brown prodr. p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

107. D. Sanguinalis. *Willd. l. c. p. 92. Presl cyp. et gram. sic. p. 18. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 85. Bertol. fl. ital. p. 414.*

D. spicis subdigitatis, erecto-patulis, subquinis, spiculis geminatis altera sessili, altera breviter pedicellatas, foliis vaginisque subpilosis.

Panicum sanguinale. *L. sp. pl. 84. Ucria H. R. Pan. p. 54. Desf. fl. atl. I. p. 59.*

Synterisma vulgare. *Schrader fl. germ. 1. p. 161.*

Paspalum sanguinale. *Dec. fl. franç. p. 16.*

Gramen dactylon folio latiore. *Cup. H. Cath. p. 87.*

N. It. *Capriola sanguinaria, sanguinella. Targ. Tozz. diz. bot. 2. p. 44.*

N. Sic. *Sagna nasu o gramigna agugghialara. Cup. l. c. Gramigna di margi. Ucria l. c.*

In cultis, ad vias, ad fossas, et præcipue in humidiusculis ubique.

Floret Augusto Novembri.

Annua. Radix fibrosa, ramulosa. Culmi basi decumbentes, subradicantes, pedales vel in fertilioribus bipedales et altiores, striati, glabri, maxima ex parte vestiti, vel superne nudi, ramosi. Folia late linearia, 3-4 lineas lata, 1-3 pollices longa, acuminata, striata,

utrinque scabriuscula, subpilosa, margine subundulata et scabra. Vaginæ striatæ, villis albis patentibus hirsutæ. Ligula semilinearis, lacera, truncata. Spicæ terminales, subdigitatæ, vel approximato-digitatæ, erecto-patulæ, oppositæ vel alternæ, passim quatuor vel quinque, sed etiam 7-9, nunc breves, subpollicares, nunc 4-5 pollices longæ. Rachis subflexuosa, angulata, angulis scabra. Spiculæ parvæ, oblongæ, purpurascentes, vel e viridi-purpurascentes, geminatæ, altera sessilis, altera pedicellata, pedicello brevi hirsuto. Valvæ calycinæ valde inæquales, exterior minutissima, subinconspicua, ovata, obtusiuscula, altera major lanceolata, acuta, ut plurimum exquisite 3-nervis, raro quinquenervis, nervis scabris, tertia præcedenti minor, valvæ corollinæ majori adpressa, lanceolata, acuta, subtrinervis, margine ciliata. Valvæ corollinæ glabræ, cartilagineæ, exterior ovata, acuta, interior angustior.

## 40. DACTYLOCTENIUM.

*Wild. enum. H. R. Berol.* II. *p.* 1029. *Palis. de Beauv. ess. d'une nouv. agrost. p.* 72. *tab.* XV. *f.* 2. *Röem. et Schultz syst. veg.* 2. *p.* 33. *Bert. fl. ital.* I. *p.* 580.

Cynosuri species. *L. gen. pl. p.* 36.

Eleusine species. *Pers. synops.* I. *p.* 87. *Lamk. ill. gen.* I. *tab.* 48. *f.* 2. *Guss. fl. sic. prodr.* 1. *p.* 25.

*Calyx* 2-valvis, valvis carinatis, subquinqueflorus. *Corolla* 2-valvis, valva exteriore carinata, acuminata. *Spicæ* digitatæ. *Semen* liberum.

ORD. NAT. *GRAMINA. L. ord. nat.* IV. *GRAMINEÆ.*

*Juss. gen. p. 28. R. Brown p. 160. Dec. fl. franç. III. p. 2.*

108. D. Ægyptiacum. *Will. l. c. p. 1029. Presl fl. sic. et cyp. et gram. sic. p. 46. Röem. et Schultz syst. veg. 2. p. 583. Bert. fl. ital. I. 587.*

D. spicis digitatis, patentissimis, subquaternis, rachidibusque mucronatis, foliis basin versus ciliatis.

Cynosurus ægyptiacus. *Lin. sp. pl. 106. Sibth. et Smith fl. græc. prodr. 1. p. 59.*

Eleusine ciliata. *Raf. précis des découvert. somiol. p. 45.*

E. ægyptia. *Pers. syn. pl. I. p. 87. Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 85.*

Graminis plures aliæ species. *Cast. H. Mess. p. 38.*

Gramen polystachyon, millepede effigie. *Cup. H. Cath. p. 90.*

Ic. *Lamk. l. c.*

Gramen polystachyon, millepede effigie. *Cup. pamph. sic. 2. t. 59. Bonan. t. 4. Raf. t. 47. f. 3.*

N. It. *Gramigna della croce.*

In herbidis submaritimis.

*Sotto le falde di Monte Pellegrino.*

Floret Septembri Octobri.

Annuum. Radix fibrosa. Culmi dense cœspitosi, basi procumbentes, subradicantes, superne surrecti, ramosi, a 5 pollicibus usque ad pedem et ultra longi. Folia brevia, linearia, 2-2-½ lineas lata, acuminata, plana, læviuscula, margine scabra et prope basin sparse ciliata. Vaginæ laxæ, striatæ, glabræ. Ligula brevissima, ⅓ lin. longa, truncata. Spicæ digitatæ 4-5, breves ½ pollicem vel pollicem longæ, obtusæ, patentissimæ. Rachides partiales, glabræ, apice in mucronem protractæ. Spiculæ densæ distichæ, virides, vel fuscæ, subquadrifloræ. Valvæ calycinæ inæquales, submembrana-

## CONDIZIONI

*Questa opera sarà divisa in 3 volumi, carta, caratteri e formato uguali al presente fascicolo. Ogni fascicolo costa tarì 3 siciliani.*

*Per maggiore agevolezza uscirà un fascicolo al mese di quattro fogli di stampa.*

*L'opera va unita ad un atlante di figure in rame col titolo di* Icones Floræ Panormitanæ *diviso in fascicoli ciascuno composto di quattro figure pel prezzo di tarì 3; si è pubblicato il primo fascicolo.*

*Chi si associa per dieci copie avrà l'undecima* gratis.

*L'associazione si riceve in casa dell'autore via piazza sant'Anna n. 2.*

TIPOGRAFIA VIRZÌ

New York Botanical Garden Library
QK 332.5 .P37 gen
Parlatore, Filippo/Flora Panormitana; si
3 5185 00110 7521